


N. Inv. 1587

CC VI
33.

I

[illegible]

Nota ista continentur in isto volumine

4421

1 Excerpta per quatuor libros sententiarum Gregorii (?)
2 Super quinque libros decretalium cum suis conclusionibus (?)
3 Tractatus ysodori de institucione bone vite
4 Utilia de penitencia que requiruntur ad penitenciam cum plura alia pertinencia
5 Sermo ad clerum sub isto themate Accipite spiritum sanctum [illegible]
6 Questio theologica [illegible] Utrum ad [illegible] [illegible]
6 Utrum indulgencie remittentes penas purgatorias valeant [illegible]
7 Sermo ad clerum sub isto themate Surge et ambula [illegible]
8 Questio utrum [illegible] [illegible] possit [illegible]
9 Questio utrum ex dictis [illegible] possit colligi [illegible] [illegible]
10 Questio utrum [illegible] et [illegible] possit [illegible]
11 Utrum [illegible] [illegible] [illegible]
12 Utrum [illegible] [illegible] filii dei [illegible]
Tractatus [illegible] de [illegible] [illegible]
13 Item tractatus [illegible] de [illegible] [illegible]
14 Questio Utrum [illegible] [illegible]
Sermo ad clerum sub isto themate [illegible] que ad pacem [illegible]
Utrum [illegible] [illegible]
18 [illegible] [illegible]
19 [illegible] [illegible]
20 Recommendacio doctoris [illegible] [illegible]
21 Sermo [illegible] [illegible] 24 [illegible]
[illegible]
22 Questio Utrum [illegible] [illegible] et salutis
23 Sermo [illegible] [illegible]
24 25 Sermo [illegible] [illegible]
26 [illegible] [illegible]
27 [illegible] [illegible]
28 Questio Utrum [illegible] [illegible]
29 Utrum [illegible] eucharistie [illegible]
30 Utrum [illegible] [illegible] possit [illegible]
31 Utrum [illegible] [illegible]
32 Utrum [illegible] [illegible]
33 Utrum voluntas divina in omnibus [illegible]
Utrum [illegible] [illegible]

Utrum [illegible] [illegible] [illegible]

Utrum [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Varie Questiones

aliud ipsi beatum esse / et aliud magnum
aliud sapientem aut verum aut bonum esse
aut omnino esse. Intelligamus ergo deum
sine qualitate bonum / sine quantitate magnum
/ sine indigentia creatorem / sine situ pre-
sidentem / sine habitu omnia continentem / sine
loco ubique totum / sine tempore sempiternum
sine ulla mutatione sui mutabilia facien-
tem nichilque patientem. Quisquis deum
ita cogitat etsi non dum potuit inveni-
re omnino quid sit pie tamen caveat tamen
de illo sentire quod non sit. Non igitur compo-
situs deus qui vita est, subsistit,
neque qui virtus est ex infirmis construitur
nec qui lux est ex obscuris coaptatur
nec qui spiritus est ex diversis formatus
est. / Totum quod in eo est unum est / et
in deitate substantia non est aliud aliquid quod
non sit substantia. De xii de coeternitate patris et filii

Coeternus est patri filius
sicut splendor qui diffunditur ab igne
coevus est illi et esset coeternus si ignis
esset eternus / Scriptum est enim: Ante me
non fuit deus et post me non erit. Nunquam
ergo pater erat cum filius / Si filius par-
est / Si pater posterior non est / Antequam
aut inquit Ambrosius. Impossibile est
generationis scire secretum mens deficit /
vox silet non mea tantum sed et angelorum.
Hec qui potest scire generationem filii a patre / nec
principium habeat nec finem quia eterna est /
Unde dicatur dici filius semper gignitur
vel semper genitus est. Johannes Crisostomus / Proprie
essentia [illegible] genitus est filius. Sane intel-
ligatur potest dici semper nascitur filius /
non quod tamdiu iteretur illa generatio / sed quia
perfecta est. De xiiii de spiritu sancto

Spiritus sanctus amor est patris et filii. Augustinus
Spiritus sanctus non patris est solius nec filii
est solius sed amborum: et ideo communem
qua invicem se diligunt / pater et filius nobis
insinuat caritatem. / Greci tamen dicunt spiritum
sanctum tantum procedere a patre et non a filio
quod in ewangelio: Spiritus qui a patre procedit et tamen
[illegible] spiritum sanctum eo filii sed patris. Sed
apostolus spiritum filii [illegible] sed tamen non fuit aliud
esse spiritum sanctum patris et filii quia eo a patre
et filio inhabitans [illegible] videtur. Licet
in verbis differant. Ut in anastasia. Spiritus
sanctus a patre non factus nec creatus nec genitus

sed procedens. Creditur enim spiritus sanctus
procedat a patre et filio. Verum plus an
magis processit a patre quam a filio. Augustinus
in illa summa trinitate que deus est intervalla
temporum nulla sunt per que possit ostendi / Verum a patre
prius natus sit filius et postea de
ambobus processit spiritus sanctus / Sed nec
magis: nec plenius procedit a patre quam a filio.
Augustinus sic ait. Spiritus sanctus procedit principaliter
a patre. Ideo autem addidit principaliter
quia de filio spiritus sanctus procedere reperitur. Sed et
illi pater dedit sed quod quod unigenito suo
dedit gignendo dedit. Augustinus maxime dicit
Queris autem si de substantia patris est filius
de substantia patris est et est spiritus sanctus. Verum unus
filius et alius non sit filius. Ecce video
sive capias sive non capias de patre est filius
de patre est spiritus sanctus: sed ille genitus est iste pro-
cedens. Contra que ymaginem [illegible] Augustinus
enim quibus enarrabit / Ita de spiritu sancto ipse
comprehendum est, ut spiritus sanctus non sit genitus
Unde dicatur dici ingenitus. Eadem quod dicimus
spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum debere
dici quia sicut dicit Augustinus. Si dixerimus
ingenitum duos patres affirmare videbimur.
Si autem genitum duos filios credere culpamur.
Sicut enim solus filius dicitur genitus: ita solus pater
dicitur ingenitus. Attende diligenter adverbium
est quod gemina est processio spiritus sancti: scilicet eterna
ineffabilis est: qua a patre et filio
eternaliter processit: et temporalis qua a patre
et filio ad sanctificandam creaturam procedit.
Unde Augustinus. Spiritus sanctus non de patre pro-
cedit in filium: de filio procedit ad sanctifica-
dam creaturam / Sed simul de utroque procedit
quamvis hoc pater filio dederit. Ut [illegible]
[illegible] scilicet dicitur donum. Sicut
qui dicunt spiritum sanctum ipsum deum non dari
sed dona eius que non sunt ipse. Sed quod ipse spiritus
qui deus est et trina unitate persona datur
a patre audit Augustinus dicentem ipse [illegible]
datus est die pentecostes [illegible] quod ipse
deus est [illegible] dat deus [illegible]
[illegible] sed unum potest dare alius spiritum sanctum
non potest. De xv de [illegible]
processione filii

Hoc comprehendum est
Est utique spiritus sanctus. spiritus sancti
a [illegible] datur [illegible] at [illegible] et in
divisa [illegible] personarum dicitur spiritus
sanctus non a patre et filio tamen sed est a [illegible]

Nam de filio dicitur. Augustinus. Non tamen a patre
missus est, sed et a seipso et a spiritu sancto
ubique deus est. Consequenter queritur quo
intelligatur missio filii vel spiritus sancti: dicimus
quod duobus modis dicitur mitti filius. Augustinus
non eo ipso quod de patre natus est missus dicitur
filius. Sed vel eo quod apparuit huic mundo
verbum caro factum: vel eo quod ex tempore cuiusquam
mente percipitur: sicut dictum est emitte
illam ut mecum sit et mecum laboret.
Hic queritur cum pater non dicitur missus cum ex
tempore a quoquam cognoscitur sicut filius. Ad quod
dicimus: quia eo est principium auctoritatis
que non habet sic a quo sit: a quo filius est
et spiritus sanctus. Augustinus. Si voluisset deus
pater per subiectam creaturam visibiliter appa-
Distinctio xvi rere: absurdissime tamen aut a filio quem
genuit aut a spiritu sancto qui de illo procedit
missus diceretur. Spiritus sanctus etiam a patre et filio
ac seipso duobus modis dicitur mitti: uno
visibiliter, altero invisibiliter: datus enim cum
visibilis creature demonstratione. Aliquibus
[illegible] et datur cottidie invisibiliter illabendo
mentibus fidelium. Sed queritur cum filius
dicatur minor [illegible] missione: quia in forma
creata apparuit: cur spiritus sanctus non dicatur minor
patre cum in forma creata apparuit. Dicimus
quia filius accepit humanam naturam in unionem
spiritus non ita: filius enim accepit hominem
ita ut fiat homo. Spiritus vero sanctus non ita acce-
pit columbam ut fieret columba. Et notandum
quod sicut filius nascendo accepit non tamen
ut sit filius: sed omnino ut sit / et ut ipse
filius sit. Ita et spiritus sanctus a patre et filio proce-
dendo accepit: non tamen ut spiritus sanctus et donum
sed essentiam ut omnino sit / et ut spiritus sit / Non
tamen filius nativitate essentia est sed tantum filius
Nec processione spiritus sanctus essentia est sed tantum
donum. Distinctio xix de equalitate personarum

Fides catholica coequales tres
personas asserit. Unde Augustinus. Nullus
horum alium precedit eternitate: aut excedit
magnitudine aut superat potestate [illegible] in-
[illegible] ut idem ait. Totus pater in filio et spiritu
sancto est totus [illegible] in patre et filio est
Nullus [illegible] quolibet [illegible] ne
[illegible] unitate. Hic adiciendum est / quod
facta est equalitas trium personarum / quod enim
dicimus tres personas unam essentiam
neque ut genus de speciebus / neque ut speciem
de individuis predicamus / Sicut enim ut ait
Augustinus / essentia genus / species aut persona
[illegible] appellat tres [illegible] ut appella-

tres persone. Notandum est quod essentia divina
non est materia trium personarum. Sicut Augustinus
docet / Sicut ex eodem auro sicut tres sta-
tue dicimus tres statuas unum aurum
non autem sic trinitatem dicimus unam essen-
tiam. In statuis enim equalibus plus auri
est tres simul: quam singule: et minus
auri est una quam due. Distinctio xx

Si forte dicatis inquit Augustinus et ipse
maior pater est filio qui de nullo genitus
genuit tamen equalem: immo ideo non est
maior pater filio / quia equalem genuit
[illegible] cum [illegible] est ista: quis de quo sit
qualiter aut qualis aut quantus sit / Nec
tamen dicitur filius a patre genitus incidit inequalitas
[illegible] sed ordo nature non quo alter prior
esset altero: sed quo alter esset ex altero. De
diversis nominibus quibus de deo dicimus

Dicendum quod ait Augustinus / Quedam de sin-
gulis tamen dicuntur personis: quedam non
unitate [illegible] et hec que [illegible] de singulis
sigillatim et de omnibus dicuntur
Alia non sunt que [illegible] ac [illegible]
de deo: huic adiciendum est quedam etiam
nomina esse ut ait Augustinus que ex tempore deo
conveniunt / et relative ad creaturam dicuntur
quorum quedam de omnibus dicuntur personis: ut
dominus creator refugium: quedam autem non de
omnibus: ut donatus, missus. Ex predictis est
[illegible] nomine quod de nulla persona singulariter
dicitur / sed de omnibus simul: trinitas. Sunt etiam
quedam nomina que ex tempore deo conveniunt ut
relative dicuntur ad creaturam ut incarnatus
humanatus. Sciendum etiam est quod illa que
[illegible] ad singulas pertinent personas: relative
ad invicem dicuntur: sed pater et filius et
spiritus sanctus. Ea vero que unitate essentie
spectant ad se dicuntur / Et que ad se dicuntur
pluraliter utique dicuntur: et de omnibus simul
et de singulis sigillatim dicuntur personis
et singulariter non pluraliter accipiuntur
in summa / ut deus bonus et pater [illegible]
Que autem relative dicuntur pluraliter non dicuntur

De hoc nomine persona:

Est tamen unum nomen scilicet persona quod
secundum substantiam dicitur de singulis et plura-
liter [illegible] singulariter in summa accipitur
Et cur non hoc etiam inquit Augustinus simul
unam personam dicimus sicut unam
essentiam et unum deum / Ideo volumus
hoc unum vocabulum habere quo significare
quam trinitatem intelligatur: ne omnino taceremus
interrogati quid tres cum tres fateamur magna
[illegible] ut idem dicit: [illegible]

labiat eloquium / et verius deus cogitatur quam dicitur et verius est quam cogitatur / Sed aut de personis sermo inveniatur / hec de substantiis secundum grecorum consuetudinem oportet intelligi. Greci enim alii dicunt tres personas substantias unam essentiam. i. tres ypostases unam usiam quemadmodum nos dicimus tres personas unam essentiam vel substantiam: dixit autem ut ait Augustinus Ihanua in opera tres personas vel substantias: quibus nominibus non diversitatem intelligi sed singularitatem voluit / Trina vel singulare vel diminutus: nec unius vel solitarius confitendus est deus. Quid significetur cum dicitur

distincte sunt persone deitatis alia persona patris alia persona filii

Hic diligenter oportet inquiri quid significetur cum dicitur / Unus deus plures persone distincte personarum / Videntur enim hec dicentes innotescere et rerum multiplicitatem in deo ponere / sed magis videtur horum nominum usus noster nobis vocis commonendi a multiplicitate divina que ibi non est / quam ponendi aliqua. Sic enim dicitur unus deus multitudo deorum excluditur. Cum autem dicimus distincte sunt persone confusionem Sabellianam excludimus: et hec non esse illam significamus / Ita ut cum dicimus Alia est persona patris / alia filii / alia spiritus sancti / palia non separationem: sed in suis proprietatibus distinctam ostendimus Dicit enim Ambrosius pater et filius distinctionem habent: separationem non habent. Preterea cum hoc nomen persona secundum substantiam dicatur si pluraliter dicimus significetur id / Quod quidam sententientes sic pluraliter intelligunt / Cum queritur / inquiunt quid tres quid tria convenienter videtur tres persone: sed per quid de essentia queritur / si ergo sic querimus videmus: oportet ut nomen persone essentiam significet / Sancte tibi fides sanctam tres confitetur esse Deo quo scriptum est / Tres sunt qui testimonium dant in celo / Hec que dicta sunt: propter loquendi penuriam / dixit tres personas non intelligentes personam nomen persone essentiam sed substantiam vel ypostases / Denique eo magis / hii tres persone dici possunt quia quod est eis id quod persona est / Sicut enim ad te facile quia constat intelligitur quod Spiritus dicatur Alia spiritus sanctus / Trina ad substantiam est pater vel alia ypostasis: alia filius alia spiritus sanctus. Quod autem Augustinus dicit / alius est in persona vel persolaliter pater: alia filius: alius spiritus sanctus licet eodem sensu dici possit aptius tamen nomen persone personalem proprietatem intelligi putamus. Est itaque in hoc nomine triumque nominis persone significatio Est enim quod essentiam et est quod proprietatem et hoc quod ypostasim facit Distinctio 26.

Nunc de proprietatibus videamus personarum que et notiones sive relationes dicuntur / ac primus de hiis que sunt quarto relatio aliquibus expressio / Sunt proprietates dicuntur et secundum locum propria personarum assignatur / Augustinus proprium patris est quod unum filium genuit / proprium filio quod de essentia patris natus est / proprium spiritus sancti est quod de patre filioque procedit. dicuntur et relationes quia per eas nosciuntur persone / Dicuntur etiam relationes / quia eis ad invicem persone referuntur quas quidem non sunt accidentales: sed in ipsis personis aliquas immutabiles Unde Augustinus Nichil in deo accidens dicitur nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur Dicitur enim ad aliquid Sicut enim pater non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius et filius non dicitur nisi ex eo quod habet patrem hec non secundum substantiam sed dicuntur hec secundum ad aliquid ad invicem Distinctio 27 de notionibus

Deinde vocabulorum / alia sunt ypostases cum relationibus ut generans natus procedens et spirandi / alia sunt relationes ut generatio nativitas processio / et hec nominantur de personis quibus dicuntur. Alia sunt que determinatione tamen sunt: ut gignere nasci procedere et talia que tamen de personis: nusquam de natura divina dicuntur / Et enim proprietates personas tamen nusquam naturam determinat Unde Johannes Damascenus karactericata ydiomatha karactericata sunt ypostaseon non nature plane cum quod hoc dixit nato deo proprium esse quod filius est / Contrarium videtur quod est honor filii dei dicitur secundum illud filii excelsi ab / Et honor filii dei sit factum / Unigenitus autem nascibilitatis proprietate: sed quod est tota trinitas pater honorum dicitur / vii Augustinus vero potest dici trinitas pater nisi forte translative ad creaturam per adoptionem filiorum / Preterea sunt alia nomina que relative dicuntur ad patrem eandem tamen qua filius ut verbum et ymago / Augustinus eo dicitur filius quo verbum / et eo verbum quo filius. Denique nomina tamen ut deus lumen et hiis similia relatione dicuntur / Aliquando autem per relationes accipiuntur ut cum dicitur deus de deo lumen de lumine / aliquando tamen ymago essentiam signat / ut ibi faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram hoc sit ad quendam ymaginem Distinctio 28

Oportet preterea scire patrem dici ingenitum ea proprietate qua genitor est hec autem est innascibilitas hoc est unica eius proprietate videlicet quod ingenitus et innascibilitas et ingenitus Distinctio vicesimanona

Nunc preterea est aliud sed principium quod per relationem dicitur intelligitur tamen

dicitur cum pater principium et filii et spiritus sancti
a quo filius quia ab eo genitus est / Et spiritus
sanctus quia ab eo procedit / Unde Augustinus pater est
principium totius divinitatis, id est filii et spiritus sancti
Filius autem ad spiritum sanctum dicitur principium / quia ab eo
procedit spiritus sanctus non ad creaturas tantum est
principium / Denique pater est principium sine
principio / filius principium de principio et
spiritus sanctus principium de utroque / Ceterum pater
ab eterno est principium filii / et filius cum patre
ab eterno principium spiritus sancti / Sed pater et filius et spiritus sanctus ex
tempore / Ita etiam tota trinitas cepit esse principium
ad creaturas: esse autem principium ad creaturas
est esse creatorem. Non autem tres non sunt tria
principia creature sed unum De spiritu sancto principio patris et filii
Attendendum quoque est patrem et filium unum princi-
pium esse spiritus sancti quo duo quia ab utro-
que procedit nec aliter procedit a patre
quam a filio / Hanc etiam intelligunt patrem
et filium eadem relatione dici principium
spiritus sancti cuius nomen non habemus Distinctio 30
Sunt etiam quedam nomina que ex tempore deo
conveniunt et relative de deo dicuntur
velud creator dominus refugium / Unde Augustinus
Creator relative dicitur ad creaturam sicut dominus ad
servum / dominus autem non dicitur nisi cum cepit habere
servum / Hec autem dicuntur de deo secundum accidens
quod non deo sed creature est / Appellatio
itaque qua creatura ad creatorem refertur relativa
in ipso ponit creatura / Qua non creator ad cre-
aturam refertur relativa tamen appellatio est nullam
proprietatem in deo notans / Si autem queritur an
spiritus sanctus ad se ipsum relative dicatur / Quia Augustinus
dicit quod donum refertur ad illum qui dat et ad illum
cui datur / et spiritus sanctus dat se ipsum / Videtur
spiritus sanctus ad se ipsum non referri quia donum trinitatis
est cui datur creatura est / et etiam quia dati
appellatio cum ad donantem nulla notat
proprietatem / sed cum ad impletem / Unde si
cum ad donantem proprietatem notaret non posset
ad se ipsum referri / Verum a Grecis diminuitur dicitur
quia non facit appellatio sola sed proprietas Distinctio
In trinitate propterea dicitur equalis prima
et filius / relatione quadam / sed non secundum rela-
tionem immo secundum substantiam dicitur / Unde Augustinus non secundum
hoc quod ad patrem dicitur filius est equalis patri
restat igitur ut secundum id equalis sit quod ad se
dicitur / Agitur in hiis sola appellatio relativa
est / Porro quidam dicunt hiis nominibus
non aliquid poni / sed removeri ut filius e-
qualis patri dicitur / quia nec eo maior nec minor
est et filius quia in nullo diminutus quod sanctus si-
delis dici manifestum est De hiis que
conveniunt personis
Non est autem pretermittendum quod Hylarius propria persone

et similitas ait Eternitas est in patre / Species
in ymagine usus in munere / Unde Augustinus Auctor
nitatis vocabulo non cum secutus arbitratur
nisi quod non est patrem de quo sit / Denique in
ymagine speciem nominavit / credo propter pulcri-
tudinem / ubi enim summa equalitas et tanta convenientia
ut ad ydemptitatem ruderat ei cuius est ymago
patris autem et ymaginis dilectio: delectatio
felicitas / si tamen aliqua humana voce digne
dicitur / usus appellata est breviter et etiam
est ibi spiritus sanctus genitoris genitique suavitas
ingenti largitate atque ubertate perfundens
omnes creaturas pro capacitate earum Augustinus etiam
propria personis distinguens ait / In patre est unitas
et in filio equalitas: in spiritu sancto unitatis
equalitatisque concordia / et tria hec unum omnia
propter patrem: equalia omnia propter filium / connexa
omnia propter spiritum sanctum / Verum spiritus sanctus in quantum Augustinus
est summa caritas utrumque coniungens nosque
subiungens De dilectione et sapientia patris et filii
Hic oritur questio cum spiritus sanctus deus sit et filii
et qua spiritus sanctus est amor quo pater et filius
se invicem diligunt / videtur pater et filius spiritu sancto
esse quia non est aliud deo esse et aliud
diligere / Sed dicimus distinguendum esse quod dicitur pater
et filius diligunt se spiritu sancto, id est per spiritum sanctum
bene dicitur / Si non dicitur a spiritu sancto false dicitur / Sed
cum auctoritas principis in spiritu sancto ponetur /
Queritur etiam utrum pater sit sapiens sapientia ge-
nita quia si hoc probatur pater esse ea / quia hoc ibi
est quod sapere / Item queritur utrum filius sit
sapiens sapientia genita / Si concedit in creaturis
patrem in quoniam Eadem ratione dicimus neque
patrem neque filium genita esse sapientem
sed ingenita qua tamen pater / Unde Augustinus Est
pater deus sapiens ea qua ipse est sua sapientia
et filius sapientia patris est sapiens / De sapientia
qua sed pater / Porro filius dicitur sapientia patris
et virtus / non quia per eum pater sapiat nec possit
sed quia filius sapientia et virtus est / de patre sapientia
et virtute / Nec autem propter hoc plures sapientes
putemus / Verum tamen in substantie sapientiam confitemur
dicitur cum genita et ingenita sapientia / nec est
genita ingenita tamen una est tamen sapientia / Item
queritur an filius sit sapiens se ipso / Quod
distinguimus / Si dicitur se ipso id est essentia sua
est / Si dicitur se ipso id est per se ipsum non est velud
dicitur filius agitur non agit sed patre / Unde Hylarius
filio de una cum conditis creature sed unitas est
ita ut patre agat filius nec agat agat
Distinctio 33 De proprietatibus personarum
Denique sciendum est proprietates de
quibus actum est Distinctionem in personis esse

et tres personas esse. | Sunt tamen qui vocem in fausta negare hic non timebat aliquid ad deitatem secundum proprietates in personis esse sed non interius ymmo extrinsecus affixas. | Sunt enim divina essentia proprietates ipse non tamen divina essentia, sed solum proprietatibus persone differunt. Hanc artem(?) in quantum dicit Iohannes Damascenus ydiomata scilicet ypostaseon non nature sed in quantum unitatis communi quia de essentia sunt proprietates et ea non determinat tamen in personis ita scilicet sunt que eas determinet. Contra tamen Gilbertum. | Ego nescio non requiro tamen probabo, nec tamen archangeli nesciunt secula non tenent: apostoli non sciunt, Christus non interrogavit; filius ipse non dedit testatur ergo dolor declarat. De hiis que reperiuntur

Distinctio 34

Preterea sciendum quod potentia sapientia bonitas et si tribus personis pertinere conveniat, quia sunt secundum divinam essentiam tamen frequenter tamen ista distincte ad personas referre solet, | ut patri potentiam, | filio sapientiam, spiritui sancto attribuatur bonitas.

Distinctio 35

Scientia dei cum sit una et simplex tamen propter diversos effectus diversa sortitur nomina, | dicitur enim scientia, providentia, dispositio, predestinatio. | Et est scientia sive providentia de futuris tam de bonis quam de malis. Dispositio vero de faciendis. Predestinatio de hominibus salvandis et de bonis quibus et hic liberantur et in futuro coronabuntur. | Providentia autem est gubernandorum que utique eodem videtur accipi quo dispositio. Hic quaeritur(?) an potuit scientia vel prescientia aliquorum potuit esse in deo | si nulla fuisset futura. Videtur quod sic quia si non esset | nec scientia esset quod idem est in deo scientia et prescientia. Et ad quod dicimus hic non. | Prescientia et prescientia complectitur, et scientiam despicit et relatione ad futura dicitur. Et in quo dicitur si nulla essent futura non esset in deo prescientia, si ita intelligis, id est non esset in deo scientia quia prescit futura, falsa est. Si autem intelligis, id est nulla scientia prescientia vera est | nam si nichil unquam futurum fuisset tamen in deo scientia esset tam de temporalibus quam eternis. Beatus Augustinus sed in visibilia antequam fierent et erant et non erant, | erant in dei scientia, | non erant in natura. Unde Ecclesiasticus dicit quod factum est in ipso vita erat.

Distinctio 36

Solet etiam queri cum idem sit scientia dei et essentia, | an omnia sint in dei natura divina quia non | Si enim hoc diceretur intelligerentur esse eiusdem cum eo ut ne iudeo(?) crederetur esse essentiam quod est divina essentia. Sicut Augustinus. Electas(?) sed apud semetipsum non in natura sua sed in prescientia sua. Post predicta queritur cum omnia dicantur esse in deo prescientiam an quedam mala esse in deo. | Sane quibus in scientiis mala esse ideo concedat. | Ideo sic nobis fit pravitate sensibilium distinguendum est. | Sunt enim quedam tamen esse vel preterita vel futura esse | ita quod nec ea approbat nec sibi placent | sed quod de substantiam dicitur(?) non noscit vos. Ea non tamen ideo esse dicuntur quorum auctor est sed bona quorum et origo est et in ipsa sunt.

Et quia dictum est superius quod omnia dicuntur esse in deo, addendum videtur quibus modis dicatur esse in rebus. | Est igitur deus potentialiter presentialiter et essentialiter in omnibus rebus generaliter, | sed in sanctis specialiter per inhabitantem gratiam. Unde Augustinus: licet deus qui ubique est omnibus rebus insit potentia, presentia, substantia tamen familiari modo dicitur esse per gratiam illis qui misericordiam operum dei accipiunt et fidelius complectantur. | Inhabitat ergo deus quosdam nondum cognoscentes eum velud parvulos sacratos templum dei effectos. | Est ergo in Christo excellentiori modo | quia non per adoptionem sed unione in ea cum plenitudo divinitatis habitat corporaliter. Solet etiam queri cum ubique sit deus quod non sordibus inquinetur. Sed quomodo hoc sit frivolum quere cum ipsum creato et solis radius manifeste probatur. Augustinus: divina essentia nec propria simplicitate dividi nec propria puritate maculari nec propria immensitate ullo complecti potest. | Cumque divina natura sit in omni loco et in omni tempore non tamen movetur per loca et tempora, quod solum creature est. | Augustinus: deus omnipotens incommutabili eternitate voluntate virtute. Hoc idem est movet per tempora creaturam spiritualem | per tempus autem et locum creaturam corporalem, non tamen eius secundum quod deus est tempore locis non movetur. | Per tempus autem movetur spiritus in mutationibus vel affectionibus qualitates variari | per locum autem mutari quod locale est: quod duobus modis contingit: dicitur enim locale sive circumscriptibile aliquid si in sua dimensione sui faciat circumscriptam distantiam dimensionum capaces longitudinis ac latitudinis altitudinis quod corpus. | Dicitur etiam locale quod loco terminatur, id est ita est alicubi quod non est ubique quod est angelus conveniunt. Unde Beda: angelus circumscriptus est | similiter et spiritus circumscriptus est

sit que currit angeli quoscumque mitta-
Item non moueat quod cottidie deus scripsit
esse in cathalogo in quibus autem non erat quod ille
non erat | Propter hoc cum ipse non sit: sed tamen
cathalogo incipientes esse uel desinentes
mutantur **Distinctio 38**

38 Nunt repetentes superiora quaeramus
si scientia dei | prescientia | prouidentia sit
causa futurorum | quod magis videtur quia impossibile
est euenire que prescita sunt **Unde etiam dicit**
Augustinus super Genesim non quia sunt ideo nouit sed
ideo sunt quia nouit | Bonum si sit et dicitur
et malorum causa scientia dei esse videtur cum
et ea sciret augustinus sicut **Ad quod dicimus**
dei scientiam non esse causam futurorum tamen
necesse est prescita euenire verum tamen prescientia
dei causa est rerum sine qua non fiunt
si tamen scientiam ad notitiam referamus | Si uero
nomine scientie includitur est beneplacitum | tunc
recte sit dei causa rerum eorum que deus facit: hoc
modo accipit **Augustinus** forte dicens | ideo sunt
quia nouit et hoc sensu admittamus eo quod
debemus tamen ibi ait **Augustinus** Omnia que deus facit
prescivit | Mala autem prescivit sola notitia
non beneplacito auctoris | Neque est res futuras
causa sunt dei prescientie: licet non essent futura
nisi prescirentur **Alia enim operatur** procedit
scientia creatoris et creati causa creatura est
in creati | Cum autem dicitur Origenes Ea res
sunt Ideo deus nouit eas quia ibi dicitur causam
sine qua non. Ad hoc autem quod supra dictum est
prescientiam dei falli non posse | solet aliquibus
sic opponi | aut aliter potest fieri quam deus prescivit
aut non aliter | Si non aliter ergo necessario cuncta
eueniunt | Si non aliter: potest ergo prescientia dei
mutari | Ad quod dicimus quod hoc est duplex si deus
providet hoc necessario eueniet et omnibus coniuncta
est vera: divisim falsa | Item solet queri utrum
scientia dei possit augeri uel minui quod ita
probare videtur | quia possit facere quod numquam
facturus est et id si faceret sciret | et si non
faceret quod facturus est id nesciret | Dicendum
autem quod scientia augeri non potest uel minui | cum
non sit dei aliud esse quam sapere: scientia tamen
augeri possunt minui | Cur autem deum
augeretur uel minueretur scientia dei si inciperet
aliquid scire uel nescire quod impossibile est

Distinctio quadragesima

Predestinatio autem ut ait **Augustinus** est gratie
preparatio sine qua prescientia esse non potest
hoc est saluandorum tamen id est electorum | prescientia
non sine predestinatione est dampnandorum et
dicitur reproborum predestinatorum | Nullus videtur
dampnari ut reproborum aliquis posse saluari

Unde Augustinus in Apostolo inquit Ubi dicitur
Tene quod habes ne alius accipiat coronam
tuam Si alia non acceptura nisi ille
perdiderit certus est electorum numerus | Ad hoc
autem obiciunt quidam: posset deus apponere
gratiam quibus non apposuit | et posset sub-
trahere quibus non subtraxit | posset ergo sal-
uari reprobi | et dampnari predestinati | Sed hec
locutiones secundum compositionem sensum et di-
uisionem recipiunt | Nam intelligentia
propositionis sed non potest quis saluari si
predestinatus est | facit ut non possit esse falsum
quod predicantur | Si non supponitur intelligatur impo-
ssibilitas non admittitur | Predestinationis
effectus est illa gratia qua in presenti iustificatur
atque adiute vincendo et desinendo peccandi
adimiamur et illa gratia qua in futuro beatifi-
cabimur | Itaque reprobatio similiter duo continet
quorum alterum deus prescit et non preparat in ini-
quitate alterum prescit et preparat scilicet eternam
penam **Unde Augustinus super regulam in genesi** tenendum
est peccatores in peccatis prescitos esse non preparatos
| penam autem preparatam | Preparauit autem deus
ut idem ait in prescientia sua quibus valuit
bona sua | Est ergo predestinationis effectus
est gratie appositio | Ita reprobationis materia
videtur esse obduratio ut obdurat deus ut
ait Augustinus impertiendo malitiam | sed non
impartiendo gratiam: sed ut digni sunt
denique mutuo dei nullum est meritum nec
gratia eligere si non gratis datur | Iudica-
tionibus non meritis inuenimus **Unde Augustinus**
videtur quod precedit in peccatis quo cumque meritum non du-
sit iustificati digni efficiantur iustifi-
catione | Sed dicimus hoc cum retractasse
quod si non retractauit | dicimus quod intelligit
de occultissimis meritis | Dicendum tamen quod
predestinatio prescientia electorum reprobatio abeterno
tamen sunt: misericordia iustificatio obduratio in
duratio operis tamen: dilectio non et odium
nunc ab eterno nec operis sequitur | Preterea
sciendum quod non sed predestinatio est causa boni
ita reprobatio est causa mali ut fiat
prescientia cum est causa standi | Neutrum autem
causa labendi | Ita non prescientia dei tamen
defuturus est | Ex quo ea futura esse de-
sinunt et deus ea prescire desinit quod non
ad effectum scientie dei pertinet sed potius ad de-
fectum et mutationem rerum de quo est Multa
que prescivit olim quando non prescit | Que
tamen cum unde scientie finissime credendum
est | Ad hoc tamen si obiciatur | si aliquas scivit

et sciet non cum fuerit quod non sciet
tempus nascituri et antichristi venire. Sed
dicimus quod mutatione temporum scientia dei certa
habet [illegible] cognita [illegible] ubi sed ipsi
apparuit. Eadem enim fides antiquorum
quibus maxime habita variis locutionibus
pro mutatione temporum pronunciabatur. Sicut
cuius ipsi venturum nos venisse confitemur
eadem fides est eorum. Tempora enim ut
ait Augustinus variata sunt et ideo verba mutata
non fides et antequam crearetur mundus sciebat
deus quod esset creandus. Postquam creatus
est scit eum creatum nec tamen est scientia diversa
sed omnino eadem creandi creatione Distinctio 42

Omnipotentia dei tria duo considerantur
scilicet quod omnia facit que vult: et nichil patitur
quod non vult. Sed cum deus non possit peccare
nec mori nec falli, nec multa fieri que [illegible]
[illegible] quod non potest. Quare ergo Augustinus
dicit huiusmodi defectibus subiecti posse minime
docet omnipotens. Ceterum dicit Augustinus omnipotens
est non quod possit omnia facere sed quia potest
facere quidquid vult. Caveat autem qualiter id
intelligas. Si enim dixeris potest quidquid vult se
posse facere, sic nos angeli et quilibet
bonorum diceretur omnipotens. Cum nichil velit
facere nisi quod facit ut posse nisi
quod potest. Dicit ergo soli deo convenit quod
potest facere quidquid vult fieri, utique vel per se
ut creare celum et terram vel per creaturam
ut bona opera ambulare comedere et artificialia
quod nemo facere potuit vel
potuit. Credendum est etiam autem deum plura
posse quam velle. Unde Augustinus Erit dum
clarissima sapientie luce videbitur quod nunc
piorum fides est quam immutabilis sit
dei voluntas quod multa possit et non vult.
Nichil autem quod non possit velit. Sed
quidam dei potentiam ad mensuram arctare
conantur dicentes deum non aliquid posse
nisi quod facit, sic non deus non potest
facere nisi quod bonum est et iustum est fieri.
Non est autem iustum et bonum fieri ab eo
nisi quod facit. Non ergo potest facere nisi quod facit.
Sane multiplicia sunt hec: si enim sic
intelligatur non potest deus facere nisi quod
bonum et iustum est fieri, id est nisi id quod
si fieret iustitie eius et bonitati conveniret
verum est. Sed si ita intelligatur non potest
facere nisi quod facit quod utique iustitie
et bonitati eius conveniunt falsum est. Dicta
enim quedam communiter intellecta non sunt
simpliciter ut falsa Distinctio 44

Nunc id restat disserendum utrum
aliquid deus possit melius facere quam
facit. Valet enim quidam dicere quod non
quia si posset et non faceret invidus esset. Sed Augustinus
Augustinus de filio dei. Si deus equalem sibi
generare voluit et potuit invidus fuit.
Sed non valet quod dicitur. Filius deo quia filium genuit
de sua substantia. Aliam non non. Ideoque illa meliorem
facere potuit Augustinus. Talem potuit
deus hominem fecisse qui nec peccare posset
nec vellet. Item queritur utrum melius eo
quam fecit potuit ea facere quam fecit.
Si modo comparemus ad suam opificem
referatur melior esse non potest. Non enim
potest melius facere aliquid quam fecit. Unde
enim Augustinus quod fuit aliquid modo intelligebatur
tamen possibilibus deo. Sed nullus nec minus
sic sapiens quemvis. Preterea queri
solet utrum deus possit semper omne quod olim
potuit. Quod quibusdam non videtur dicentibus:
potuit deus incarnari, mori, resurgere
et huiusmodi que modo non potest. Ad quod dicimus
quod non est privata potentia incarnandi
moriendi et resurgendi. Licet modo non possit
incarnari mori et resurgere. Sicut enim
olim potuit incarnari ita potest modo
incarnatus esse in quo ostenditur potentia
nostra. Illa enim verba diversorum temporum
diversis temporibus prolata et diversis ad
nostra adiuncta eundem faciunt sensum ut
loquentes dicimus. Iste sunt hodie legentes
et diximus iste sunt legisse vel lectum
fuit heri lege. Ubi unius rei nostra
potentia Distinctio 45

Licet unum sit deo velle quod esse non tamen
est eodem deo esse omnia quod vult sed licet
unum sit deo esse quod scire: non tamen dicimus deo esse
que scit. Cum enim volens deus vel sciens
dicitur. Sic deo scire et esse dicitur. Ideo
aut additur alia: et dicimus deus vult vel scit
alia essentia quidem divina predicatur non
simpliciter et absolute sed ita ut voluntati
et scientie quod ipsa et omnia subiecta intelligantur.
Hec itaque voluntas causa est omnium que
naturaliter fiunt que nulla precedenti causa
que essentia est. Ideoque causa primus
quaerenda est. Qui enim causam primus
querit. Cum nichil maius ea sit. Hic
enim non est [struck] inveniendum. Quod
voluntas dei duobus modis accipitur.
Quia dei voluntas nec ipse dicitur quod ipsa est
et unius essentia est. Et hec appellatur
beneplacitum dei seu dispositio dei aliqua
non precepta prohibita consilium unde permissio

Et operatio permissio prohibitio. Voluntas dei vocantur que signa sunt divine voluntatis. Sed beneplacitum eius eternum est, signum vero beneplaciti eius non. Et comprobatur rerum effectibus beneplacitum, quia fit cum omne quod beneplacitum vult fieri, et omne quod non vult fieri nequaquam fit. Non autem est ita de signo, quia precipit deus multis ea que non faciunt, et prohibet que non cavent, et consulit quod non implent. Ex precepto dei atque consilio potest accipi voluntas ut ibi: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et ibi: Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater et soror. Permissio quoque et operatio dei voluntas appellantur. Augustinus: Non fit aliquid nisi omnipotens velit, vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo. Queritur utrum omnia mala que fiunt fiant dei voluntate. Super hoc diversi diversa senserunt. Alii enim dicunt quod deus vult mala esse vel fieri, nec tamen vult mala. Si enim inquiunt mala non fieri vellet, nullo modo fierent, alias omnipotens non esset. Alii vero dicunt deum nolle mala fieri, nec velle non fieri, sed tantum non velle fieri, ut non arceat, sed per [illegible] malorum iudicaret. Magna ergo ut dicit Augustinus opera domini exquisita in omnes voluntates eius, ut miro et ineffabili modo non fiat preter eius voluntatem, id est permissionem, quod etiam fit contra eius voluntatem, quia non fieret nisi sineret, nec sineret bonus fieri mala, nisi omnipotens et de malo posset facere ~~malum~~ bonum. Distinctio [illegible]

Sciendum quod aliquando est mala voluntas hominis idem volentis quod deus vult fieri, et aliquando est bona voluntas que aliud voluit quam deus, ut cum bona est voluntas hominis. Sed attende quid congruat cuique velle, et quo fine. In passione namque Christi Iudei mala voluntate volebant quoddam quod deus bona voluntate voluit, ut Christus moreretur, sed volebant ad aliud quam deus voluit, scilicet attendentes primum quod fuit mala actio et peccatum, ex quo voluntas quod quis? solet. Utrum viris sanctis placere debuit quod Christus acciderit? Debuit placere in virtute redemptionis, sed non in iniquitate iniquitatis. Passionem vero Christi possumus velle et nolle utraque bona voluntate, sicut recte nobis proponamus finem. Cui cum placuit Pauli passio quod eam [illegible] cum audiret? perficere? Christum? decrevit, bona videtur habuisse voluntate quam voluit eum quia cupiebat dissolvi et esse cum Christo. Illi autem voluit effugere eum manus iniquorum quorum passionem [illegible] et ille ~~bonum~~ bona habuit voluntate

Incipit 2a liber de creatione

Creatorem rerum insinuans scriptura ostendit deum esse creatorem, cum dicit: In principio creavit deus celum et terram. His verbis Moyses elidit errorem quorundam plura ponentium fuisse principia sine principio. Plato namque tria initia constituit: deum scilicet et exemplar et materiam, et deum quidem artificem non creatorem. Aristoteles vero duo principia dixit scilicet materiam et speciem, et tertium operatorium dixit.

Fecit autem deus rationalem creaturam que summum bonum intelligeret, et intelligendo amaret, et amando possideret, ac possidendo frueretur. Eamque hoc modo distinxit ut pars in sui puritate permaneret, pars corpori iungeretur. Quia ergo ut dicit Augustinus bonus est deus summe et iustus summe, bonum summum et si queritur ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur ad laudandum deum et ad serviendum ei et ad perfruendum eo, in quibus proficit ipsa creatura, non deus. Et sicut factus est homo ut deo serviret, Ita mundus factus est propter hominem. Omnia ergo nostra sunt ut ait Apostolus. Emperio? quidem dominus? perfruendum [illegible] equalia [illegible] ad conveniendum [illegible] quod nobis ad fruendum fiat. De homine vero in scriptura reperitur quod factus sit propter reparationem angelice ruine. Et non ita intelligendum est quasi non fuisset homo si non peccasset angelus, sed quia inter alias causas principales hec etiam non nulla extitit. Solet etiam queri cum maioris dignitatis esse videatur anima si absque corpore permansisset, cur unita sit corpori. Sed potest dici quia deus voluit et voluntatis eius causa querenda non est. Secundo autem dici potest ut sciret homo quod si potuit deus tam dispares naturas corporis et anime in federationem unam et amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impossibile fuerit rationalis creature humilitatem ad sue glorie participationem sublimare. Adeo etiam unite sunt anime corporibus ut in eis duo summitates maiorem mereantur coronam. Distinctio 2a

Spiritualis creatura in prima conditione sua cum summitatibus fuit formata et cum illa que per gratiam amore et compositione ad creatorem suum acceptum erat forma non habuit. Unde qui solet dici in celo empireo fuit angelus creatus ut sancti sunt quod ut legitur in ysaia: dixit lucifer ascendam in celum, sed ibi celum vocat dei celsitudinem. Nunc considerandum est [illegible]

quales facti fuerint. Et quatuor quidem
angelis attributa videntur in initio
sue conditionis scilicet essentia simplex et discretio
personalis, et per naturam naturaliter insita
intelligentia memoria voluntas sive di-
lectio, liberum quoque arbitrium. Hic quaerendum
dignum est utrum angeli in spirituali essentia et
sapientia boni et libertate arbitrii que
omnibus inerant aequales fuerint. Ille
quoque essentie tenuitate differentes, conditionis
dignitate et differentiam sapientie perspicacitate
atque differentie arbitrii qualitate extitisse
intelliguntur. Sicut qui tunc personalia bona a-
liorum excellebat ipsi etiam post premia
gloriae eminentiores essent. Et potest differentia
ingenii et subtilitas naturae infirmitatem
non adducit. In angelis quippe sapientia cogitatio ig-
norantiam non ingerit, sicut libertas in ceteris
nullam arbitrio necessitatem voluntas imponit.
Et quia spiritus erant et indissolubiles et im-
mortales erant: quod omnibus et aequale erat.
Illud quoque investigatione dignum videtur
utrum boni an mali angeli sint creati per-
ita nonnulli enim quosdam angelos contendunt
creatos esse malos ut fuisse mortem in
creatione et lapsum, et non libero arbitrio ma-
litia declinasse. Et hoc obviat illis non
enim potuit creator optimus auctor mali
esse. Legitur igitur angelos bonos creatos esse
et post creationem quosdam cecidisse a bono
qui fuissent si perstitissent perstitissent.
Hic quidem solet quaeri quamdiu steterunt
ante casum vel confirmationem. Erat autem in eis
naturalis cognitio triplex qua sciebant quod facti
erant, et a quo et ad quid et habebant
boni et mali notitiam intelligentes quid
appetendum vel respuendum eis foret. Distinctio 4a

Post hec queritur utrum beatos et perfectos
creavit deus angelos. Ad cuius rei
inditio dicendum quid perfectum et quot modis perfectum secundum tempus
et secundum naturam et universaliter. Secundum tempus
perfectum est quod habet quicquid convenit sibi tempore
suo. Et sic non angeli erant perfecti ante
confirmationem vel lapsum. Secundum naturam perfectum est
quod habet quicquid exigit vel ad glorifi-
cationem. Universaliter et summe perfectum est cui
nihil umquam deest et a quo omnia pro-
veniunt bona. Si autem queritur utrum post
creationem quicquid alicui collatum sit per quod
confirmati sunt. Dicimus quod eis collata est
gratia cooperans qua ad diligendum deum perfecte
et obediendum iuvarentur. Malis non aliis
non est data culpa eorum fuit, quia stare
possent noluerunt quamquam gratia apponeretur.
Hic queritur utrum quam beatitudinem aliquando
meruerunt. Quibusdam placet quod eam
meruerunt per gratiam quam in confirmatione
perceperunt similiter. Unde in eis et primum fu-
isse dicunt ut nullum precessisse primum tempore
secundum causam. Aliis autem videtur tunc eis gratiam
non fuisse collatam ad merendum sed ad bene vivendum.
Mihi autem tunc in primum accepit eos obsequia
nunc nobis exhibita quod dei obedientia
et reverentia mereri debuerunt et ita primum
precessisse meritum. Et hoc mihi placet fateor. Distinctio 6

Praeterea sciri oportet quod sicut de maioribus
et de minoribus quidam perstiterunt
ita de utroque gradu corruerunt inter quos
fuit unus omnibus excellentior qui plus deo
esse voluit non per iniquitatem sed per equalitatem
potentie et tante superbie nimis de celo e-
iectus eiectus est in istum caliginosum aerem
cum omnibus complicibus suis compartibus. Qui eis
quasi carcer deputatus est usque ad tempus
iudicii. Tunc autem detrudetur in barathrum
inferni. Quamdiu durat iudicium angeli
angelis, homines hominibus, demones demonibus
prefuit, sed in futuro omnis evacuabitur dum placa
ut docet apostolus. Sicut enim hominibus modo
sunt maiores vel minores prelationes alias
maiores vel minores. Quidam enim unius
provincie, alii unius hominis, aliqui unius vitii
presunt. Unde dicitur spiritus superbie spiritus luxurie
et huiusmodi quia de vitiis illis magis convenit
homines temptare aliquo nominatur. Unde est
quod Mammona demonis divicie nuncupatur.
Solet autem queri utrum demones in isto caliginoso
aere sint an aliqui iam sint in inferno. Quod
in infernum cotidie aliquis descendat demo-
num verisimile est, et quod illic aliqui sint
alternatim forte vicibus non procul est a vero.
Deluctis autem quidam opinatur quod ibi reli-
gati sint a deo tunc quo temptavit Christum
in deserto vel in passione et vincitur alios
Christum putant primum hominem temptasse et
vicisse. Alii autem putant quod quocumque credit
ipsi causa sui magnitudinis illum fuisse
dimersum. Et sive in inferno dimissus sit
sive non credibile est cum nec hic facultatem
accedendi ad nos: qua habuit tunc antiquitus in
quos fraudulenter ac violenter operabatur. Et
adeo quidem forte nunc solvendum, quia tunc dubitari
potestas adeo temptandi homines. Quoniam a sanctis
iuste et pudice vincentibus vincuntur potestas
eorum alios temptandi vincitur adimitur. Origenes
Puto sane quia sancti pugnantes adversus potestates
incentores et vincentes minuunt exercitum
ipsum demonum velud qua plurimos eorum in-
terimat nec ultra potestas sit spiritui qui ab aliquo
sancto caste et pudice vincitur. Victa est

impugnare unum aliquem hominem. Hic autem quidam
putant intelligendum tantum de illo vitio quo
superatus est. Boni angeli ita sunt confirmati
sunt per gratiam quod peccare nequeant. Mali
vero per maliciam ita obstinati sunt quod bene velle
non valent. Etiam si bonum sit quod aliquando
volunt et tamen utrique habent liberum arbitrium
ut tradit ysidorus. Triplici acumine in-
telligentie vigent demones scilicet subtilitate
nature experientia temporum superiorum spiri-
tuum. quorum scientia et virtute malefice artes
exercentur. Ut patet cum incantatores dicendi sunt
quod magi pharaonis ranas et serpentes fece-
runt. Non tamen ipsi eas creaverunt sed per subti-
litatem sui spiritus et corporis semina istarum
rerum nobis occulta noverunt et ea
per congruas operationes latenter spargunt atque
ita gignendarum rerum et accelerandarum
incrementorum prebent occasiones. Solet
etiam queri utrum angeli corporei sint. Quod quidam
putant. Unde Augustinus demones aerea ani-
malia quia corporum aereorum natura vigent
nec per mortem dissolvuntur. quia prevalet in eis
elementum aptius ad faciendum quam ad pa-
tiendum. Ad patiendum enim humor et humus
ad faciendum aer et ignis aptitudinem
prebet. Hec autem Augustinus. Alii dixisse
asserunt non ita sentiendo sed opinionem referendo.
Quod demones in homines intrant atque ex
pelli vulgi abeunt operantur ewangelium manifeste
declarat. Sed utrum sint substantialiter an tantum per
mali effectum dicantur ingressi non adeo per-
spicuum est. Dicit Bernardus ait de-
mones reliqua operantur ordinatum non
subintrabit illabi ait. Sed cor actu implet
ut ait Beda. non quasi ingrediens in eum aditum
cordis invenit sed callida malicie decep-
tione atque in effectum trahit.

Dionysius tres ordines angelorum ternos
ternos in singulis ponens. Sunt enim tres
superiores: tres medii: tres inferiores. Su-
periores sunt seraphym cherubim: troni.
Medii dominationes: principatus potestates. In-
feriores virtutes archangeli angeli. Dicitur autem
ordo angelorum: multitudo celestium spirituum
qui inter se aliquo munere gratie similantur sicut
et in naturalium datorum munere conveniunt. Cum
omnia dona gratie superiores ordines per-
fectius perceperint tamen ex precipuis sortiti sunt
vocabula. Assignatur quia excellentia ordinum
sive excellentia donorum. Et sicut Gregorius ait in a-
lia dona omnibus sunt communia: sed cum ardet caritate
et scientia plenus sit. Sed superiores aliquid excelle-
ntius ipsa accipiunt. Aliqui noscunt Gregorius
in illa summa civitate quisque ordo eius
rei censetur nomine quam plenius accepit in munere.

Nec noverunt quisque ordo ab omni re quam
plenius aliquid accepit sed ab aliqua re quam
accepit. Iam nunc inquirere restat utrum
isti ordines ab initio creature quorumdam ita distincti
sint. Et dicitur quod non quia non habebant dona: sed
scriptura dicit de singulis ordinibus cecidisse non
quod fuissent in ordinibus et postea corruerunt
sed quia si perstitissent eorum aliqui in singulis
ordinibus fuissent. Preterea quod dicuntur operari utrum
omnes angeli eorumdem ordinis equales sunt
quod ita esse quibusdam placuit. Sed non hoc inde
probabile quia lucifer qui fuit de collegio
superiorum omnibus est dignior extitit. Unde
quod decimus ordo legitur ab hominibus restauran-
dus: sed tamen non fuit nisi novem ordines
nec plures fuissent etiam si aliqui cecidissent
persistissent. Movet lectores: quia scriptura
dicit decimum ordinem complendum ex hominibus
cum excellentissimus deus fore accipit sit de hominibus
restaurabit: quod de angelis lapsis est quantitas
corruerunt. Unde possit fieri decimus
ordo: non tamen minus salvaretur homo etsi
angeli non cecidissent: non enim minus numerus
eorum qui ceciderunt sed eorum qui permanserunt
homines ad beatitudinem admittet. Quidam
tamen putant quod homines reparantur minus numerus
angelorum qui ceciderunt. Distinctio x d x

Hoc investigandum est utrum omnes illi ce-
lestes spiritus ad exteriora nuntianda
mittantur. Quidam putant aliquos esse
qui foras pro officiis exeunt. Alios qui
semper intus assistunt. Quidam autem asserunt
omnes angelos mitti. Hic queritur si omnes mittuntur
quare unus tamen inferior ordo angelorum
nomine censetur. Ad quod quidam dicunt omnes
quidam mitti: sed alios frequenter et quasi ex officio
sibi iniuncto qui proprie angeli vel archangeli
nominantur. Alios non raro nisi causa
ex que dispensatione abscondita. Unum tamen
angelorum ministerium suscipiunt et nomine
assumunt. Cum autem omnes assumunt dicitur
quod superna agmina rarissime ad exteriora
procedunt neque tamen ab intimis recedunt
sed dei puritati semper assistunt. Distinctio xi d xi

Illud quoque sciendum quod unusquisque homo habet unum
bonum angelum sed ad custodiam deputatum
et unum malum ad exercitium. Sed credendum est
unum eundemque angelum bonum vel malum
pluribus hominibus deputari ad custodiam vel ad
exercitium sive eodem tempore sive diversis. Adeo
autem diversis eodem tempore vel diversis. Quia
videtur quibusdam quod ab hominibus qui sunt
simul in aliquo tempore singuli singulos angelos
habere possint bonos vel malos. Quia licet
maior sit numerus hominum comparatus simul
unum omnibus qui fuerunt et sunt et futuri sunt

qua angelorum, tamen quia homines de eis dubitantibus
hominibus succedunt: et ideo magis simul sunt
angeli vero simul omnes sunt. / Ceterum sive ita
sit sive non, dubitandum non est unumquemque
habere angelum sibi deputatum; sive plures
simul destinati sint sive uni singulatim. / Et
angeli boni in ministeriis proficiant quibusdam
videtur, eo quod quotidie hominum utilitati
serviunt. / Quibusdam videtur etiam quod in
premio proficiant. / Alii autem dicunt quod in di-
gnitate, dilectione atque notitia non profece-
runt, ut perfectum sit. / Profecerunt tamen in
scientia rerum exteriorum in progressu temporis et in car-
nationis et huiusmodi. Et ita dicunt eos
profecisse in merito. / Sed utrum (?) … adimplemen-
torum. / Probabilius non videtur quod angeli
usque ad iudicium in scientia et aliis proficiant.
Quod autem Gregorius videtur dicere quod ea sciant
angeli accipiendum hoc est de his quorum
cognitio … faciat cognitorem. / Secundum
autem quod illis angelis qui maioris dignitatis
sunt / et per quorum ministerium ubi incarnationis mi-
steria nuntiata sunt: ipsa misteria a principio cog-
nita fuisse asserit ut potiore familiaritate
et merito; illis vero qui minoris dignitatis sunt
incognita extitisse usque impleta sunt
et per ecclesiam predicata, et tunc ab omnibus
angelis fuerunt perfecte cognita. Distinctio xii

Aliqui sanctorum patrum tradiderunt omnia
simul in materia et in forma fuisse
creata, quod Augustinus sensisse videtur. / Alii
vero hoc magis probant: ut primum materia
rudis et informis, quatuor elementorum
commixtione atque confusione tenebris creata
sit; et postmodum per intervalla sex dierum
ex illa materia rerum corporalium genera sint
formata per species suas quod esse scripture
Genesis magis congruere videtur. / Illam quidem
materiam quatuor elementorum nomine terre
Moyses appellavit; eandem vocavit etiam
abyssum. / Dicta est etiam aqua super quam
spiritus domini ferebatur. / Materia illa
materia dicitur informis non quia nullam
omnino formam habuit; / non enim aliquid
corporeum tale extitisse potest, sed ideo quia in confu-
sione et permixtione quadam subsistens
nondum pulcram et distinctam acce-
perat formam qualem nunc cernimus.
Creata est ubi nunc moles illa rerum omnium
subsistit; quia creata est et quantum in altum
porrigebatur. / Ad quod nihil tenue asse-
rentes: dicimus quod illud enim adeo profecisse videtur
ubi nunc formata subsistit. / Creata tamen

hoc elementum in uno eodem loco medio sub-
sistens ceteris in una confusione permixtis
existens tanquam in modum nebule tum dar-
ita involutum erat ut apparere non posset
quod fuit. / Illa vero tamen in una permixtione
confusa tanquam suspensa eo usque in altum
porrigebantur quousque nunc summitas
corporee non pertingit. / Et sicut quibusdam
videtur ultra locum firmamenti extendebatur
illa moles quod in inferiori parte spissior atque
grossior erat, quamvis rarior ut ait Alc-
win (?) superius. / Hoc verbis omnia disponendo
hoc in materia et formam sub quatuor elementorum
eam de nihilo creando / Tandem per sex
dierum varias distinxit creaturas. / Certo ex
primordialibus seminibus rerum ne semper
ne peccant in forma. Distinctio 13ma 13

Prima distinctionis opera facta fuit formatio
lucis, quam corpoream lucidam fuisse intelligitur
velud nubes lucida; que non de nihilo
sed de preiacenti materia facta est. / Ubi autem
queritur ubi facta est lux illa, cum abyssus
omnem terre altitudinem tegeret, dici potest
in illis partibus facta quas nunc illustrat
sol diurna luce: nec mirum in aquis lucere
posse lucem, cum etiam nautarum operatione
superius illustratur qui … missum
ex ore oleo aquas sibi illustrent que
multo rariores fuerunt in principio quam modo
sunt. / Quia nondum fuerant congregate in uno
loco. Lux ergo illa vicem et locum solis
tenebat que motu suo circumagitata
noctemque diemque discernebat. / Non quod mane
primum dierum non habuit quia luce apparente
mox super terram plenus dies extitit quod
non ab aurora sed a plena luce inchoavit
et mane sequentis diei copulatum est. / Se-
quentes autem dies mane habuerunt et
vesperam quorum quisque a suo mane in
vesperam … usque ad alterius diei mane ex-
tendens usque … distenditur
tendebatur. / Hoc est naturalis dies distentus
dierum ut computetur dies a mane usque
ad mane. / Usque non … ita est
ut dies computetur a vespere in vesperam et
adiungatur dies in computatione precedenti
nocti: cum mox naturalem ordinem precedens
dies sequenti nocti adiungi deberet. / Quia
homo a luce per peccatum cecidit in tenebras
ignorantie et peccatorum. / et deinde per Christum
de tenebris ad lucem redijt. / Solet
autem queri quare factus est sol si lux
illa faciendo diei sufficiebat. / Ad quod
dici potest quod lux illa forte superiores
partes illustrabat ad illustrationem inferiorum

solem sicut oportebat / Vel potius ideo
quia sic sole dei fulgur attingens
Si non queritur quid actum sit de illa
luce cum modo non appareat / potest sic dici
aut de ea corpus solis formatum aut in
ea parte celi esse in qua sol est non quod
ipsa sol sit: sed sic ei unitam ut discerni
non valeat. Postea investigandum
est quo accipiendum sit: dixit deus
nec vocaliter ut ait Augustinus nec sono vocis
deus fuit locutus: sed in verbo sibi coeterno
14 Sciendum tamen quod fiat divisio tercia
Firmamentum quod ut ait Beda illius
celi describitur natura in quo fixa sunt sidera
cui supposite sunt aque in aere et in terra
et superposite alie de quibus dicitur / Qui tegis
aquis superiora / in medio quod firmamen-
tum est de aquis esse factum creditur.
Cristallinus enim lapis de aquis est fortis
Quidam non celum quod excedit aeris spatia
ignee nature dicunt asserentes super aerem purum
ignem esse qui dicitur celum: de quo ignee
sidera et luminaria facta esse coniectant quod
Augustinus [illegible] Si queritur quomodo
aque ita fluide super celum
possint consistere de deo scripturam esse me-
minerunt. Qui ligat aquas in nu-
bibus suis: Qui enim infra celum ligat
aquas ad tempus vaporibus nubium retentas
potest et super celum spacium non vaporali
tenuitate: sed glaciali soliditate aquas
suspendere ne labantur. Quales autem et
ad quid condite sint ipse novit qui condidit
Augustinus autem aquas que super celum sunt
dicit vaporaliter ibi: et levissimis sus-
pendi guttis. Si enim potest aqua ut
videmus ad tantas minutias pervenire
ut feratur vaporaliter super aerem aquis
naturaliter leviorem. Cur non credamus esse
super illud levius celum minutioribus
guttis et levioribus immanere vaporibus
Post hec quod solet queri quare non est dictum
sicut in aliorum dierum operibus: vidit deus quod
esset bonum. Ideo fortassis quia binarius
principium est alteritatis et signum divi-
sionis

Tertie diei opus est congregatio aquarum
Eadem die protulit terra herbam virentem
lignumque faciens fructum. Si autem queritur
ubi congregate sint aque que totum texerant
spatium usque ad celum / potuit fieri ut
terra subsidens concavas partes preberet ubi
fluctuantes aquas reciperet. Potest etiam dici

primarias aquas rariores fuisse que sicut
nebula tegebant terras sed congregatione esse
spissatas et ideo facile posse redigi in
unum locum / Et quamvis multa causentur esse maria
et flumina in unum tamen locum dicuntur aquas
aggregatas propter continuationem omnium aquarum que
infra ipsum sunt

Quarta die fuit [illegible] crescente sole
opponitur honores diei noctisque vici-
ssitudines propter dormiendi vigilandique necessitate
sed luna ac sideribus complacuit honores
quibus in nocte operandi necessitas incubuit
et quedam alia sunt que lumine solis non possunt / Sunt
autem dicuntur in signa et tempora et dies et annos
Intelligendum est in signa serenitatis et tempestatis
et in tempora: quia per ea distinguimus quattuor tempora
anni et in distinctionem horarum temporis

Opus quinte diei est formatio piscium
et avium et de eadem materia scilicet aqua
Unde dicitur produxit terra animam viventem iumenta
et reptilia et bestias terre. Opus
sexti diei describitur / Queri solet de vene-
nosis animalibus utrum pro pena hominis
ad vindictam homines creata sint an prius creata
innoxia / Nota peccatis ceperunt / Sane
dici potest quod creata nichil homini nocuissent
si non peccasset. De minutis autem min-
utis animalibus quero est utrum in primis
creata sint / Potest dici quod ea que de corporibus
aliorum et maxime mortuorum nascuntur
cum animalibus creata non fuerunt nisi potentia
causaliter et materialiter / Ea vero que
vel aquis nascuntur vel operibus que terra
seminante orta sunt tunc creata fuisse

Requievisse dicitur deus die septimo
non quia operando lassus: sed quia novam
creaturam facere cessavit cuius materia vel similitudo
non precessit. Usque nunc tamen ut veritas ait
operatur pater et filius ut ad conditi conservatione
et gubernatione non cessat. Cum non septimo
die dicatur deus complevisse opus suum
in quo tamen nichil novi fecisse dicitur nisi forte
dicatur die septimo complevisse opus suum
quia ipsum benedixit et sanctificavit sicut solemus
aliquod opus fecisse cum templum dedicavit
vel complevit id est completum esse et consumma-
tum vidit

Hujus operis qualis homo factus est
investigamus: Augustinus legitur: Faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinem nostram
Ex persona patris hoc dicitur ad filium et spiritum sanctum
non ut quidam putant angelis quia dei
et angelorum non est una et eadem ymago
vel similitudo. Factus est ergo homo ad ymaginem

Dei secundum memoriam, intelligentiam et dilectionem; ad similitudinem vero in innocentiam et iustitiam que in mente rationali naturaliter sunt. Vel ymago consideratur in cognitione veritatis, similitudo in amore virtutis. Vel ymago in aliis omnibus, similitudo in essentia, quia in mente immortalis et indissolubilis. Unde dicit Augustinus: Alia similitudo est quam deus immortalem et indissolubilem fecit eam deus. Ymago igitur pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Factus est igitur homo ad ymaginem dei, et non patris tantum vel filii vel spiritus sancti, sed totius trinitatis. Dicitur etiam homo esse ymago dei, quia ymago dei in eo est, sicut pictura et tabula cere, similiter et tabula ymago appellatur; ita homo ymago dicitur et ad ymaginem. Filius autem ymago, non ad ymaginem, quia natus non creatus, equalis et nullo dissimilis. Homo creatus est a deo, non genitus, non paritate equalis, sed quadam similitudine accedens ei. Interponit etiam quandam proprietatem hominis que hoc indicat, quia est erecta statura: sicut humanum corpus anime rationali congruit.

Omnis autem anima facta de nichilo. Cum dicitur inspiravit in faciem eius spiraculum vite, creavit autem deus animam non de materia aliqua corporali vel spirituali, sed de nichilo. Dubitavit cum quibusdam hereticis deum de sua substantia animam creasse, ubi scriptura commemorat inspirasse: quibus dicitur inspiravit vel insufflavit, dum flat non minuitur, homo vel spiritus ad se flatum emittit. Sed flavit, id est flatum hominis, scilicet animam fecit. Sed utrum anima cum corpore creata sit, ut doctores scripture, questio est. Augustinus cum tradit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea non ad corpus accessisse, nec ea compulsa est incorporari, sed natura illud voluit. Alii non dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam. Sed quod quidam de anima primi hominis estimant, de aliis etiam sentiunt. Creatur quando infunditur, et infundendo creavit. Solet etiam queri utrum deus hominem in virili etate repente fecit. Augustinus dicit quod sic: et sicut primordiales non infructuosas causas habuerunt, aut ita formatum tulit deus, ut scriptura docet, et posuit in paradiso voluptatis, id est deliciarum, quia homo extra paradisum creatus sit, quod ideo factum dicitur quia non erat deo propria natura, ut non nature sed gratie dei ascribatur.

Tres autem generales de paradiso sententie sunt: una eorum qui corporaliter intelligi volunt, alia eorum qui spiritualiter tantum, tertia eorum qui utroque modo paradisum accipiunt. Tertiam michi placere fateor, ut homo in paradiso corporali sit positus, qui est locus amenissimus fructuosis arboribus magnis et fonte magno fecundus. Qui est, ut antiqua translatio dicit, ad orientem. Unde voluit deus in orientali parte esse paradisum, longo interiacente spacio vel maris vel terre a regionibus quas incolunt homines secretum, et in alto situm usque ad lunarem circulum pertingentem. Unde nec aque diluvii illuc pervenerunt.

In paradiso autem ligna diversi generis, inter que erat unum quod vocatum est lignum vite, aliud vero lignum scientie boni et mali. Lignum autem vite dictum est quod divinitus accepit hanc vim ut qui ex eius fructu comedit corpus eius stabili et perpetua soliditate firmaret, ut etiam in senilitatem nec defectus laberetur. Lignum scientie boni et mali non ante hoc nomen accepit, sed ab occasione rei postea secute. Arbor enim illa non erat mala, sed scientie boni et mali ideo dicta est quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura qua homo experiretur quid esset inter obedientie bonum et inobedientie malum.

Decimaoctava distinctio d 18

In eodem quoque paradiso mulierem formavit deus de costa viri. Sed attendendum est quare non formavit deus virum et mulierem simul, sed prius virum, ut unum esset humani generis principium, quatenus et diaboli superbia confunderetur, et hominis humilitas similitudine dei sublimaretur. Sicut enim deus omnium existit principium, ita homo omnium hominum principium existeret. Ideo etiam de uno homine voluit omnes esse, ut dum cognoscerent se omnes de uno, se quasi unum amarent. Non autem de qualibet parte viri, sed de latere eius formata est, ut ostenderetur quia in consortium creatur dilectionis; ne forte si fuisset de capite facta, viro ad dominationem videretur preferenda, aut si de pedibus, ad servitutem subicienda. Non sine causa quoque dormienti viro potius quam vigilanti detracta est costa, quia sicut viro de latere dormientis facta est, ita ecclesia operatur, quia de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt sacramenta, sanguis et aqua, quibus redimimur a peccatis et abluimur.

carnalibus. Solet etiam queri utrum
decorpta illa sine adiectione rei extrin-
sece facta sit mulier. quod quibusdam non
placuit. Ceterum si hoc esset maius illud
esset quam costa ipsa. Ideoque de illis po-
tius quam decorpta ipsa mulier facta debet
dici. Restat igitur ut de sola coste sub-
stancia potencia divina multiplicata mulieris
corpus factum dicatur. Quemadmodum autem
mulieris corpus de viri corpore tractum sit
ita putaverunt aliqui animam mulieris animam
propagatam et ab animabus: ut animam de
traductione esse sicut corpora. Alii puta-
verunt ab animas ab inicio esse creatas. Ca-
tholica autem ecclesia nec simul nec ex tra-
ductione animas esse creatas docet; sed
corporibus formatis infundi et infundendo
creari. Unde Gennadius anathematizat eos
illos condempnat qui animas ex traductione
dicunt. In decreto auctoritate psalmiste David:
Qui finxit sigillatim corda eorum animas corpo-

Distinctio decimanona

Primus ergo homo ante peccatum hominis vel corporis
et immortalis fuit quodammodo quia poterat
non mori et mortalis quodammodo quia poterat
mori. Fuit ergo in statu ante peccatum habuit
posse mori et non posse non mori. In futuro
statu habebit posse non mori et non posse
mori. Solet queri quomodo primus mor-
tale et immortale corpus habuit utrum ex conditione
nature ipsius corporis habuit utrumque an
alterum beneficium esset gratie. Ad quod dici-
tur quod alterum habebat in natura, alterum ex lig-
no vite sed ex dono gratie. Unde Augustinus:
mortalis erat conditione corporis, immortalis
beneficio conditoris.

Dicunt autem quidam quod nisi illo ligno
vite uteretur non semper viveret; quia peccaret.
Dicunt enim peccavit comedendo quod erat
prohibitum ita etiam peccaret si non comederet
quod erat iussum. Sed ad hoc dicitur:
si non esset preceptum ut de ligno vite co-
mederet et aliis et non illo necesset.
Nunquam posset non mori dicunt quidam quod si
aliis autem uteretur quam ligno vite etiam non esset
posse non mori non completa. Item dicunt
aliqui quod immortalitatem quam habebat quo-
ad aliorum lignorum esum poterat consummari; sed
non poterat consummari nisi per assumpcionem ligni
vite.

Distinctio vicesima

Post hec videndum est qualiter primi pa-
rentes si non peccassent filios procrea-
ssent. Quidam dicunt ad gignendos fi-
lios formas habere in paradiso nisi fuerit non
potuisse nisi post peccatum: dicentes co-
ytum sine corruptione vel macula

non posse fieri. Ad quod dicendum est: Si ho-
mo non peccassent primi homines sine omni peccato
et macula in paradiso carnali copula
convenissent. Et esset ibi thorus immaculatus
commixtio sine corruptione. Ac genitalibus
membris sicut ceteris imperarent et nullum
motum illicitum sentirent. Et sicut alia mem-
bra corporis aliis ad motum sine ar-
dore libidinis: ita genitalibus uterentur
membris sine prurito aliquo carnis. Unde
Augustinus: Incredibile non est ut prius peccasset
illis membris sicut pedibus imperaret. Nec cum
ardore seminarent. nec cum dolore parerent.
Sed post peccatum illum motum meruerunt
quem inobediencie ordinat. Cohibet infirmitas
quam in mira turpitudinis corruptio honore-
state nupciali. Et quod sanis esset officium
egrotis est in remedium. Sed tamen non coierunt
in paradiso: quia creata muliere mox transgressio
facta est et eiecti sunt de paradiso. Vel quia deus
non dum iusserat ut coirent: deus non iussit
iusserat quia casum eorum presciebat. Si etiam
non peccassent quibus temporibus transferrentur ad celestem vitam
eternam aliquid scriptura non tradit. Et ideo
ambiguum est utrum parentes genitis
filiis ad meliorem statum transissent; an
parentes in aliquo statu vite manerent lig-
no vite utentes donec filii ad eundem
statum venirent. Et sic impleto numero omnes
simul ad meliora transissent. Si non queritur
quales filios genuissent homo. Videtur
sicut quod filios parvulos nasci oportebat pro-
pter matrem utri necessitatem. Sed utrum mox
nati perfectionem statue et membrorum usum haberent
an primuli non possent membrorum officiis
an per intervalla temporis crevissent ut fit
perfectionem statue et usum membrorum reciperent
esset. De auctoritate diffinitum non habemus.
Sed cum Augustinus pulsaverunt nichil credit
de non irrationabiliter quibusdam placuit pri-
morum parentum filios nascituros parvulos tamen
deinde per intervalla temporis eadem lege qua
nunc statum incrementum et membrorum usus
reciperent ut illis constaret etas ad am-
bulandum et loquendum sicut nunc parvulis.
Quod utrum non esset vicio deputandum sed con-
dicioni nature. Sicut ad hec non prius
absurde valebat. Nec tamen illud corrupcio
erat. Sed una condicionis putant enim quidam
eos cibis non indiguisse ante peccatum quod
non poterant corrumpi si non peccassent.
Ad quod dici potest quod fames nature defectus
est et pena peccati. Erat enim immoderatus
appetitus edendi cui non subiacuisset
homo si non peccasset. Sed procul dubio peccaret
nisi hoc debitum cibis preveniret. Queritur
preterea quod illi qui fecerunt parvulos natos primitus

corporis et usu membrorum. Processu temporis perfectus, non desisteret, quod in exordio nativitatis suae in perfectos conspicitur, et per intervalla temporis in suae aetatis et cognitionis perfectione usque ad perfectum. Illud quod quidam opponunt dicentes: Si mox nati non haberent perfectionem corporis et intelligentiae, ignorantia in eis esset. Ignorantia autem peccati est et peccati poena. Sed qui hoc dicunt non satis diligenter considerant quia ignorantia non generaliter nisi de illo quod scire debuit vel necessitatis est, ignorantia poena est peccati. **Distinctio 21**

d. 21 Videns autem diabolus hominem per obedientiae humilitatem posse ascendere unde ipse per superbiam corruerat, invidit ei. Et ideo mulierem temptavit, in qua minus quam in viro rationem vigere cognovit. Quare quia nimirum in ea parte ubi debilior videbatur aggressus est, ut si forte illi aliquatenus praevaleret, per eam modum fiducialius ad alteram quae robustior erat subintroeundam accederet. Primo igitur solitariam feminam exploravit, ut in ea prius hominem suae temptationis vim conspiceretur. Sed quia illi cum violentia nocere non poterat, ad fraudulentiam se convertit. Ne autem fraus illius nimis manifestaretur, in sua specie non venit, ne aperte cognosceretur et ita repelleretur. Item ne nimis occulta foret fraus eius, quae tamen non posset in aliena forma venire permissus est, sed tali in qua eius malitia facile posset deprehendi. Venit igitur ad hominem in serpente, qui forte si permitteretur in columbae specie maluisset venire. Serpente autem velut organo est usus, movens eum ad exprimendos sonos verborum. Serpens ergo nec verba intelligebat nec rationalis est factus, tali dignissimus tamen dicitur esse propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam, sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit. Verum ut eius persuasio citius reciperetur, promissione duplicavit: Eritis sicut dii scientes bonum et malum. Ubi tribus modis hominem temptavit: singula persuasione tibi, in anima gloria in promissione deitatis, avaritia in promissione scientiae. Gula est immoderata cibi aviditas; Vana gloria amor propriae excellentiae; Avaritia immoderata habendi aviditas, quae non tantum pecuniae sed etiam altitudinis et scientiae, cum supra modum sublimitas ambitur.

Porro sciendum est esse duas species temptationis: exteriorem scilicet qua nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo, ut ille cui fit ad peccati consensum declinet; et talis temptatio tantum fit ab adversario. Item interiorem, ut quod invisibiliter malum nobis interius suggeritur. Et haec temptatio aliquando fit ab hoste, aliquando a carne. Quae sed a carne non fit sine peccato. Quae autem est ab hoste, nisi consentiatur, non est peccatum sed materia exercendae virtutis. Temptatio autem carnis interior difficilius vincitur quia interior oppugnat. Deinde cavit nos roborat. Homo igitur qui sola temptatione exteriori pulsatus cecidit, tanto gravius plectendus erat, quanto leviori impulsione fuerat prostratus. **Distinctio 22**

Hic videtur diligenter investigandum cum quo fuit origo et radix illius praevaricationis. Quidam putant quandam elationem in animo praecessisse, qua diaboli persuasioni consensit. Unde Augustinus: Non est putandum quod hominem deiceret nisi praecessisset in eo quaedam elatio comprimenda. d. 22

Homo quia aliqua licet modica operatione cecidit, sicut praedictum, propter dei gratiam immanem potuit ad veniam, ut qui per alium ceciderat per alium erigeretur. Diabolus vero quia sine temptatione aliunde peccavit, per alium ut surgeret immanis non debuit, vel per se potuit. Et ideo irremissibile eius peccatum. Et potuit peccatum non habens sed per alium sicut primum ... ita per alium sicut primum reparationem angelica natura ... quia non tota periit. Hoc etiam oportuit persistat, non est redempta. Humana non tota periit, et ideo ne penitus periret, redempta est, ut inde ruina angelica suppleretur.

Illud est notandum quod non soli viro praeceptum videtur esse datum, cum mulier dixerit: Praecepit nobis deus. Tamen legitur ante factam mulierem deum dixisse viro: De ligno scientiae boni et mali ne comedas. Et forte quia facturus erat mulierem sic praecepit, ut per virum ad mulierem perveniret mandatum. Si quaeritur quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere qui non didicerunt, dicimus quia deus eos tales fecerat qui possent loqui et discere ab aliis si essent. d. 23

Distinctio vicesimatertia

Mulier non contenta persuasione serpentis aspexit lignum bonum esse ad vescendum et pulchrum oculis aspectuque delectabile, credens se inde posse mori, tulit et manducavit et dedit viro suo, fortassis cum aliqua persuasione quam scriptura intelligendam relinquit. Vel forte non fuit suadere necesse, cum eam mortuam illo cibo esse non videret vir. Quaeritur

quo preceptum dei preuaricans venit ad mulierem. Ita dyaboli temptatio per mulierem transiuit ad virum. Si queritur utrum equaliter et communiter superbia in viro fuit sicut in muliere, credendum putare utriusque statum fuisse in comparatione peccati et in esu ligni vetiti, sed disparem, et in muliere multo maiorem, in eo quod credidit et voluit esse sicut deus, quod non vir. Quibusdam etiam videtur quod etsi Adam ambigeret esse sicut deus, non tamen credidit id fieri posse. Aliis non videtur id dictum fuisse quasi Adam illud voluerit, sed nihil presumpta de eo voluit.

Ex his datur intelligi quod mulier plus peccavit, in qua maioris tumoris presumptio fuit, que et in se et in proximum et in deum peccavit; vir autem in se et in deum. Unde etiam colligitur quod mulier plus peccavit, quia grauius punita est, cui dictum est: In dolore paries filios.

Hic autem opponi solet: Hoc nisi tribus modis peccatum geritur, scilicet ignorantia, infirmitate et industria. Et grauius est peccare infirmitate quam ignorantia, grauiusque industria quam infirmitate. Eva autem videtur ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit; Adam non, sed ex industria, quia non fuit seductus. Ad quod dicimus quia licet Eva in quo seducta peccavit, quia putabat verum esse quod dyabolus suadebat, non tamen ignorabat quin sciret dei esse illud mandatum et peccatum esse contra illud agere. Et ideo excusari per ignorantiam non potuit. Excusatio enim omnis tollitur ubi mandatum non ignoratur. Est autem ignorantia triplex: eorum scilicet qui scire nolunt cum possint, que non excusat sed ipsa peccatum est; et eorum qui volunt sed non possunt, que excusat et est pena peccati, non peccatum; et eorum qui simpliciter nesciunt, non renuentes vel proponentes scire, que neminem plene excusat, sed fortasse ut minus puniatur. Unde Augustinus: Licet grauius peccet sciens quam nesciens, non ideo tamen confugiendum est ad ignorantie tenebras, ut in eis quisque excusationem requirat. Aliud enim est nescisse, aliud scire noluisse; quia in eis qui intelligere noluerunt ipsa ignorantia peccatum est; in eis vero qui non potuerunt, pena peccati. Ignorantia vero que non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat ut eterno igne non ardeat, sed fortasse ut minus ardeat. **Distinctio 23**

Preterea queri solet cur deus hominem temptari permisit quem decipiendum esse presciebat. Sed non esset laudabile homini si ideo bene vivere posset quia nemo male vivere suaderet, cum in natura posse et in potestate haberet velle non consentire suadenti. Et est gloriosius non consentire quam temptari non posse. Mouentur etiam quidam dicentes: cur creavit deus quos futuros malos presciebat? Quia presciebat bonis profuturos et iuste pro mala voluntate puniendos. Alii etiam dicunt: Talem hominem debet facere qui nollet omnino peccare. Concedunt quidem naturam meliorem esse que omnino peccare nollet; concedunt et ipsi malam non esse que talis facta est ut posset etiam non peccare si vellet, et iuste punitam que voluntate non necessitate peccavit. Cum ergo hec bona sit, illa melior, cur non utramque faceret, ut liberius laudaretur deus in utraque? Illa enim in sanctis angelis, hec in hominibus est. Item inquiunt: posset deus voluntatem eorum vertere in bonum, quia omnipotens est. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit ipse novit; non debemus plus sapere quam oportet.

Fuit homo siquidem ante lapsum triplici cognitione preditus: rerum scilicet propter se factarum et creatoris et sui ipsius. Rebus enim nomina omnibus animalibus imposuit. Creatorem quoque cognovit quadam interiori aspiratione, qua dei presentiam contemplabatur, non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, nec tamen ita in enigmate sicut in hac vita videmus post peccatum. Sui cognitionem talem accepisse videtur ut quid deberet superiori et quid equali et inferiori non ignoraret. Conditionem quoque suam et ordinem sciebat, qualis factus esset et qualiter incedere deberet, quid agere, quid cavere intellexit. Si autem queritur utrum homo prescius fuit sui casus, videtur quod ei magis fuit tacenda veritas quam revelata. Non fuit ergo homo prescius sui casus, sicut et angeli diaboli. **Distinctio vicesima quarta**

Nunc diligenter investigari oportet que gratia aut quid homini ante casum. Certum ergo est quod homini in creatione sicut et angelis diaboli data est per gratiam auxilium et collata potentia per quam poterat stare, sed proficere non poterat in tantum ut sine alia meritum salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratie cavens resistere malo, sed non proficere in bonum; poterat tamen per illud bonum quodammodo vivere, quia poterat vivere sine peccato, sed non poterat

sine alio gratie adiutorio mereri vitam eternam. Illud autem adiutorium quo poterat sine peccato manere si vellet erat libertas arbitrii ab omni corruptela et nimis atque voluntatis rectitudo et omnium naturalium potentiarum anime sinceritas atque vivacitas.

Illud etiam pretereundum non est quod talis in vno homine temptationis est ordo qualis fuit in primis parentibus processit, ut enim primo serpens suasit mulieri proponit malum ipsa que consensit deinde viro dedit, sicque consummatum est peccatum, ita et nunc in nobis pro serpente est sensualis motus anime, pro muliere inferior portio rationis, pro viro superior portio rationis. Si ergo in motu sensuali tantum illecebra teneatur veniale ac levissimum est peccatum. Si vero inferior pars rationis consensit ita ut sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur, nisi sola manducavit non vir, tunc autem cohibetur voluntas ne ad opus usque perveniat. Si vero assit plena voluntas perficiendi ut si assit facultas ad effectum perducatur, tunc quoque manducavit quia superior pars rationis illecebre consensit, et tunc est dampnabile et grave peccatum. Nam sine viro gustat aliquando est mortale aliquando veniale. Si enim peccatum non diu teneatur sed in delectatione cogitationis sed statim ut mulierem tetigit viri auctoritate repellatur veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur et si voluntas perficiendi desit mortale est.

Est autem sensualitas quedam vis anime inferior ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. Sepe etiam nomine sensualitatis inferior portio rationis que temporalium dispositioni intendit intelligitur.

Ratio vero vis est anime superior que ut ita dicamus duas habet partes vel differentias superiorem et inferiorem. Secundum superiorem superius aspiciendo vel contemplando intendit. Secundum inferiorem ad temporalium dispositionem prospicit. Illud ergo in anima nostra nobis cum brutis animalibus accidit quod non sit quod cum bestiis commune pertinet. Quod autem in ea reperitur quod cum bestiis ad sensualitatem pertinet. Cum non de una divinitur inter hominem de una quidem dissimilis, ut cum in hoc duo nisi per officia geminantur. Carnalis autem sine sensualis motus anime qui in corporis sensibus tenditur nobis pecoribusque communis est. Distinctio vicesima

d. 26

Liberum arbitrium non est simpliciter facultas rationis et voluntatis qua bonum eligitur gratia assistente vel malum eadem desistente. Et dicitur liberum quantum ad voluntatem que ad utrumlibet flecti potest; arbitrium vero quantum ad rationem cuius est facultas vel potentia illa cuius est discernere inter bonum et malum. Illa igitur rationis potentia anime qua velle bonum vel malum potest utraque discernens liberum arbitrium nuncupatur, quod bruta animalia non habent quia ratione carent, habent tamen sensum et appetitum sensualitatis. Unde et diffinientes liberum arbitrium dixerunt liberum arbitrium de voluntate iudicium. Hoc autem secundum liberum arbitrium ad presens vel ad preteritum non refertur sed ad futura contingentia. Quod enim in presenti est determinatum est, ut in presenti vera est ut nunc sit vel non sit quod est. Non tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt sed ea tantum que per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Secundum aliud accipitur liberum arbitrium in creatore quam in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium dicitur eius sapientia et omnipotens voluntas qua non necessitate sed libera voluntate omnia facit prout vult. Augustinus: Certe nunquam qui peccare non potest liberum arbitrium necesse est. Angeli non et sancti qui iam ad malum flecti non volunt nec possunt libero arbitrio non carent. Augustinus: Liberum est arbitrium quod Dominus non potest sine peccato. Et prout natura in homine quantum ad statum liberi arbitrii ante peccatum cum ad bonum nichil impediebat et ad malum nichil impellebat, tunc sine errore ratio iudicare et voluntas sine difficultate bonum appetere poterant. Post peccatum vero et ante reparationem gratie poterat peccare et non poterat non peccare etiam dampnabiliter. Post reparationem vero et ante confirmationem potest peccare et potest non peccare usque ad mortem, sed deinde tamen posse omnino non peccare. Post confirmationem vero infirmitate penitus consumpta et gratia confirmata nec vinci poterit nec peccare et habebit non posse peccare. Hec autem est libertas liberius quanto expertior in miseria et adiuta liberius bonum perficit. Vulnerata per alias penalitates accepta illa meruit homo penam et corruptionem et arbitrii liberi depressionem per peccatum, et naturalia bona in homine corrupta tamen et gratuita detracta. Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est et spoliatus. Augustinus: Libero arbitrio male utens homo et se perdidit et ipsum. Certe liberum arbitrium dicitur homo amisisse non quia post peccatum sed quia libertatem liberi arbitrii amisit, non quoad omnes sed amissa et asserta.

Est namque libertas triplex, a necessitate, a peccato, a miseria. Prima libertas in omnibus est tam in malis quam in bonis. Secundam autem illi soli norunt habere quos Filius per gratiam liberat. Tertiam habuit homo ante peccatum et plenius habebit in futura beatitudine, ubi miser esse non poterit. Liberum ergo arbitrium semper est et in singulis sit liberum; non tamen tam liberum sit in bonis et in malis, et ad bona et ad mala. Liberius est cum in bonis ubi liberatum, quam in malis ubi liberatum non est, et liberius ad malum quod per se sit, quam ad bonum quod nisi gratia liberetur et adiuvetur non sit. Sunt quidam qui putant illam libertatem qua quis liber est ad malum sit libertas arbitrii. Si enim libertas arbitrii est bonum, quia bonum naturale est, quibusdam videtur quod sit ipsa libertas arbitrii, sed potius peccati servitute dicitur non esse vera libertas quae ad malum est. Aliis autem videtur quod libertas ad malum non sit ipsa libertas arbitrii, sed sit quaedam pronitas peccandi et vanitas quae de peccato est et mala est. Distinctio 26a.

Operans gratiam praeparat hominis voluntatem ut velit bonum. Gratia cooperans adiuvat ne frustra velit. Unde Augustinus: Cooperando Deus in nobis perficit quod operando incipit, quia ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Gratia autem voluntatem praeveniens et praeparans est fides cum dilectione. Voluntatem vero Augustinus ita diffinit: Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. Aliqua autem cogitatio bona sine voluntate praevenit fidem, sed non sufficit ad salutem ut recte vivitur ea. Hac voluntate concupiscitur illa bona voluntas quae est magnum bonum. Et sicut ista illam praecedit, ita illam praevenit intellectus. Augustinus: Praevolat intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus. Bonum enim nec delectat agere, et cupimus quod delectat. Illius autem gratiae perceptionem quae voluntatem hominis sanat ut legem impleat sanata, illa multa praecedunt; acceptis enim impiis non gratia sed poena debetur. Nec ista esset gratia si non daretur gratuita. Non negamus tamen ante hanc gratiam, ut recipit istam gratiam, ab homine fieri multa bona per liberum arbitrium, ut tradit Augustinus. Hic considerandum est utrum una et eadem sit gratia quae operatur et cooperatur, an diversa. Quibusdam non irrationabiliter videtur quod una et eadem sit gratia, idem donum, eadem virtus, sed propter diversos effectus dicitur operans et cooperans. Operans enim dicitur in quantum liberat et praeparat voluntatem hominis ut bonum velit; cooperans in quantum eandem adiuvat ne frustra velit, scilicet ut opus faciat bonum. Operans ergo gratia non est otiosa, sed meretur augeri ut aucta mereatur et perfici.

Si vero quaeritur quid sit ipsa gratia, an virtus an non, ad quod dicendum: visa esse gratia bonorum. Unde Augustinus: virtutes quibus recte vivitur magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum minima bona sunt. Virtus autem est, ut idem ait, bona qualitas mentis qua recte vivitur, qua nullus male utitur, quam Deus solus in homine operatur. Quidam ergo non irrationabiliter credunt ipsam virtutem esse formam quae animam informat, et ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuvatur ut ad bonum inducatur; et ita ex virtute et libero arbitrio nascitur motus bonus vel affectus animi, et ex inde bonum opus procedit. Et isti boni motus vel merita sunt et dona Dei quibus meremur et ipsorum augmentationem et alia quae hic consequuntur et in futuris nobis apponuntur. Licet autem nullum meritum sit in homine quod non sit per liberum arbitrium, in bonis tamen meritis principalitas gratiae attribuitur, quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia. Alii vero dicunt virtutes esse bonos usus naturalium potentiarum, non tamen ... sed tamen interiores qui de virtute sunt bonos cum ex operibus generantur; non virtutes esse dicunt sed opera virtutum. Horum autem iudicium diligenti lectori relinquo, ex animi ad alia properans. Illud vero certissime teneamus: liberum arbitrium sine gratia praeveniente et adiuvante non sufficere ad iustitiam et ad salutem, nec nullis praecedentibus gratiae Dei meritis, ut Pelagius haeretice tradidit; et de spiritualibus ... quas facit etiam sine praecedentibus ut credant, sine praecedentibus ut augeatur eis fides et proficiant in ea. Hic quippe non aliqua activa, sed accipientis homines hic credidit: primitus est sine ullo originalis peccati vinculo assistit(?) nasci. Post hoc considerandum est quod homo ante peccatum non cooperante tamen, sed cooperante gratia indigebat, non ut liberaret voluntatem suam quae prius sua non fuerat, sed ut praeparet ad volendum efficaciter bonum, quod per se non poterat, non cum poterat bonum mereri sine gratia, ut ait Augustinus.

In illis quoque peccati poena electus est homo de paradiso, sed ut Genesis legitur: Nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitae ... in aeternum vivat. Quod non intelligitur ...

si gratiam suscepisset de illo ligno. Et illa verba capituli intelliguntur accipi per dei irati non loquentis ait: Videte ne forte sumat, id est cavete vos angeli, ne comedat de ligno vite quo tam dignus est. De quo si sumpsisset comederet et viveret in eternum.

Hoc ne posset ad illud accedere, collocavit deus ante paradisum cherubim et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vite. Quod nisi litteraliter sic non potest accipi. Nam ministerio angelorum ignea custodia ibi constituta est. Nec tamen frustra, quia aliquid significat de paradiso spirituali. Cherubim cum interpretetur plenitudo scientie, hic est caritas. Caritas plenitudo legis est quia dilectio. Gladius autem flammeus pene temporales sunt, que versatiles sunt quia temporalia mobilia sunt. Illa que ad custodiam ligni vite posita sunt, quia ad vitam non redditur nisi per cherubim, id est caritatem, et per gladium versatilem, id est tollerantiam passionum temporalium.

Potest autem queri utrum de ligno vite ante peccatum comederit homo. Respondet Augustinus sic: Ait enim: Recte intelligitur primum hominem ab alimentis corporalibus preter abstinuisse a cibo vetito atque usum fuisse ceteris. Hugo plus credit quod de ligno vite ante peccatum sumpserit. Quare quod perpetua soliditate vestiti sunt non est. Haut cum virtute valet illud lignum sumpsisse dicitur. Sed forte non hic confitebat nisi per se deum sumeret.

Post primum hominis peccatum simul ac reala cepit in posteris, sicut apostolus dicit in ... Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et cetera. Sed hominis nostri persuasit. Et hic primo videndum est quid fuerit illud originale peccatum, an actuale. Quibusdam placuit de peccato actuali Ade illud accipere, et hic dicunt in mundum intrasse non traductione originis sed prolis propagationis. Ob quod in illo omnes peccasse dicuntur quia omnes ille unus peccandi ille exemplum exstitit. Hoc male senserunt heretici qui dicti sunt pelagiani. Sed aliud est de exemplo voluntate peccantibus et aliud quod originis est cum peccato nascentibus. Non igitur accipiendum peccatum Ade fuisse ad omnes imitationis exemplo, sed propagationis et originis vicio. Et est peccatum illud originale, ut aperte Augustinus testatur, quod per Adam cepit in omnes parens carne viciatum.

concupiscibilitas quantitas. Sed diligenter investigandum est quid sit. Quidam putant peccatum originale esse reatum pene pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem qua obnoxii et addicti sumus pene temporali et eterne pro primi hominis actuali peccato. Quia pro illo, ut aiunt, pena eterna omnibus debetur, dicunt originale peccatum nec culpam esse sed penam. Sed quod originale peccatum culpa sit pluribus sanctorum testimoniis edocetur. Gregorius: Ex carnis delectatione concepti culpam originalem nobiscum contraximus. Augustinus quoque ait: Quod ut ait apostolus peccaverunt utique vel in ipso vel in Adam, peccatum utique originale culpa est. Quid ergo dicitur fomes peccati? Concupiscentia vel concupiscibilitas, que dicitur lex membrorum sive languor nature sive tyrannus qui est in membris nostris sive lex carnis. Non actus concupiscendi sed vitium primum significatur. Et ipsa dicitur lex carnis. Unde Augustinus: Remissa concupiscentia est in corpore mortis huius, quia ipsa concupiscentia in qua nati sumus quamdiu vivimus cottidie minui potest, finiri non potest. Que autem est concupiscentia cum nati sumus vitium utique est, quia parvulum habilem concupiscere facit, adultum etiam concupiscentem reddit.

Recte autem apostolus in quo cum omnes peccaverunt, sive cum intelligatur in quo homine sive in quo peccato, fuit est quodam modo cum omnes peccaverunt ut in materia, non solum eius exemplo. In illo enim peccato dicuntur omnes peccasse. Alia enim sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc unum quo omnes peccaverunt et ex quo omnes peccatores constituti sunt, ex prima inobedientia. Tamen Ade sed ex peccato actuali Ade processit originale peccatum quo omnes peccatores nascuntur, ut in illo esset in omnes.

Distinctio tricesimatertia

Nunc superest investigare qualiter originale peccatum a parentibus traducatur in filios, secundum animam an secundum carnem. Putaverunt quidam secundum animam traduci, non secundum solam carnem, quia non solam carnem sed et animam corruptam esse. Hoc autem fideles catholici respuunt, qui non animas sed carnem, sed ex carne solam produci admittunt. Non igitur secundum animam sed secundum carnem solam peccatum originale traducitur a parentibus. Concupiscentia enim et libidine concepta caro. Unde caro ipsa que concipitur in vitiosa concupiscentia polluitur et corrumpitur. Ex cuius contactu anima cum infunditur maculam trahit qua polluitur, et fit ita ... ipsum peccatum originale in anima et carne, non quia culpam habeat secundum causam. Hic autem oritur ... questio, cum peccatum originale filios trahunt a parentibus qui iam post baptismum ab illo peccato mundati sunt. Aliud

posse fieri insinuat Augustinus ita inquiens. Quando spiritum regenerationis accipitur manet tamen in eo quae genuerit fructum quod impleta quae opere humano tanta diligentia separatur. Manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico. Ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur manet in eis quos genuerint. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem qua divinitus sunt nati sed potius secundum eam qua carnaliter et ipsi primum sunt nati.

Illud peccatum originale ideo dicitur quia ex vitiosa lege originis trahitur in qua concipimur per carnis libidinosam concupiscentiam traducitur. Non enim quia ex carne tracta ab Adam corrupti sumus ideo peccatum trahimus. Sed quia concupiscentia non fit sine libidine. Unde Augustinus. Peccatum in parvulos non transmittit propagatio sed libido. Sed dicitur opponitur in ipso conceptu cum caro propagatur non divinitus infunditur anima. quomodo ergo ibi peccatum transmittitur. cum peccatum non possit ibi esse ubi non est anima. Ad quod dici potest quia in conceptu dicitur originale peccatum transmitti non quia peccatum originale ibi sit sed quia ibi sit causa unde ibi illud. Ex quo peccatum fit in anima cum infunditur. Distinctio 32

Nunc superest investigare quomodo in baptismo dimittatur illud peccatum cum etiam post baptismum maneat concupiscentia quae ante praecessit. Sed dupliciter remittitur. quia per gratiam baptismi vitium concupiscentiae debilitatur atque extenuatur ita ut aliquando non regnet nisi consensu reddantur ei vires. Et quia reatus ipsius solvitur dicitur non. ut ait Augustinus. Lex carnis manet in membris corporis qui ex aqua et spiritu sancto renati sunt. tamen purgata et perempta. nisi illicito consensu quodammodo reviviscat. Dicitur secundo idem dicitur. Quando alia peccata praecesserunt actu et remanet reatu ita fieri potest ut concupiscentia praecedat in baptismo reatu et remaneat actu. Poena quae solet vitium concupiscentiae post baptismum remanet ex quo auctore sit vel ex alio. Ad quod breviter respondentes dicimus quia in quantum poena est deum habet auctorem in quantum non culpa est diabolum sive hominem habet auctorem. Solet etiam quaeri qua iustitia ita trahitur illa anima in reatus adeo tanta cum non sit in potestate sua illud vitare. Ad quod quidam dicunt cum infunditur corpori condelectatur carni ex qua peccatum trahit. Quod si esset iam non originale sed actuale diceretur. Potius ergo ideo recte potest dici imputari animae illud peccatum ex coniunctione corporis inevitabiliter contraxerit. quia ut ait Augustinus non fuit corruptio corporis quae aggravat animam causa primi peccati sed poena nec corruptibilis caro animam peccatricem fecit sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit. Istud est non in merito quia potest utique peccatum originale

debeat dici voluntarium vel necessarium. Et necessarium potest dici quia vitari non potest. et voluntarium quia ex voluntate primi hominis processit. Si non quaeritur. Cur deus qui fecit animam sine macula. et facit eam ex corporis coniunctione maculam peccati contrahere. et aliquem ante baptismum se migrare a corpore. et sic damnari eam corpori coniungit. Videtur ex altitudine iudiciorum dei illud provenire. nec iniuste est adeo fieri. Cum enim utramque habeat ita adeo sine vitio sit instituta. licet ex peccato sit viciata non ideo immutabilis deus humanae conditionis humanarum legem mutare debuit sine ab bonorum multiplicatione desistere. Sed adhibendam quam solet. Utrum anima talis sit ante baptismum qualis a deo creatur. Ad quod dici potest quod omnino talis est quia deus non eam fecit bonam et bonitatem ei sine corruptione indidit. quam peccatum non amisit penitus. sed viciavit. Non ergo omnino talis est anima qualis a deo creata est. sicut aquis pollutas manus non tale habuit pomum quale ego dedi mundis in manibus. Ergo enim dedi pomum mundum.

Augustinus. Unum quod supra nos est scilicet deus,
quod nos sumus. Tertium quod iuxta nos
est scilicet proximus. Quartum quod infra nos
est scilicet corpus. De secundo et quarto nulla
precepta data erant. Quantumcumque enim
homo excedit a veritate remanet
tamen illi dilectio sui et corporis sui. Ex
eo dictum est diliges proximum sicut te ipsum.
Et tamen absque dilectione proximi non est
preterea id quod sumus natura lege diligi-
mus proximum. Aut diligatur cui vel ex-
hibendum est officium nunc si indiget vel
exhibendum esset si indigeret. Et eum
a quo prestandum est. Manifestum est igitur
precepto dilectionis proximi etiam sanctos
angelos contineri a quibus tanta nobis
nunc impenduntur officia. Cum non sine 30
hominum dilectio in illo continetur mandato
que etiam secundum homines magis quam nos
sed non quantum deum debemus diligere,
quia in quantum est homo minor deo est.
Ordine autem diligendi Augustinus insi-
nuat dicens: Ipse est qui habet ordina-
tam dilectionem ne aut diligat quod
non est diligendum, aut non diligat
quod diligendum est. Aut equaliter diligat
quod minus vel amplius diligendum. Aut
minus vel amplius quod equaliter diligendum
est. Omnis peccator in quantum peccator non
est diligendus. Et sub hoc in quantum homo
diligendus est propter deum. Deus non propter
teipsum omni homine et etiam se ipso amplius
diligendus. Item amplius alius homo
quam corpus nostrum convincitur etiam quorum
diligendorum primum ordo diligendi in-
sinuari videtur ex ordine mandatorum. Ex
precepto omnis homo proximus diligendus diligere
tantum quantum nos non est aptum. Quando
autem videntur tradi quod pari affectu
omnes diligendi sunt sed effectu distinguenda
sunt vero Augustinus. Omnibus pari
dilectione vita eterna optanda est etsi

quo omnibus eadem possumus exhibere
dilectionis officia que fratribus maxime
sunt exhibenda. Horum etiam non nulli
tradunt affectu caritatis tantum proximos
esse diligendos quantum nos ipsos di-
ligimus. Alii non in dilectione et affectu et
in exhibitione ordinem divinitus esse
statutum quem Ambrosius exprimens
ait: primo deus diligendus est, secundo
parentes deinde filii, post domestica qui
si boni sunt malis filiis preponendi sunt,
ultimo inimici quos sufficit ut
diligamus et non odio habeamus. Ideo
non Augustinus dicit pari dilectione omnibus
vitam optandam sit accipi potest ut
caritas non ad affectum referatur sed
ad bonum quod optatur. Similiter intelligitur
quod ait ut tantum diligas fratres quantum
nos. Sufficiat autem quod inimicos diligamus
non odio habeamus, non quod eos diligere
debeamus sicut nos, sed sufficit si
minus diligimus quam nos.

Sciendum quoque est esse diversos gradus
caritatis. Est enim caritas magna et
perfecta, propterea Augustinus: caritas ut perficiatur
nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit
nutrita roboratur, cum fuerit roborata perfi-
citur. Cum ad perfectionem venerit dicit: cu-
pio dissolvi etc. Distinctio 30

Hic queritur quid plus sit meriti diligere
amicos vel inimicos. Si consideratur
dilectio amicorum dilectioni amicorum et
etiam inimicorum perfectior est absolute.
Sed si in aliquo homine unus qui diligit
simul amicum et inimicum quod horum
potius sit queritur obscura est questio.
Unde non temere putatur melior
magis ille qui est ferventior quam esse videtur
qui erga amicum. Augustinus tamen sentire
videtur maius esse diligere inimicum quam
amicum quod perfectorum esse dicit. Sunt duo
quedam perfectis data in preceptum diligere
amorem habere et inimicum. In minoribus
non complentur preceptum non eos diligere
qui nichil mali fecerunt eis et inimi-
cos non odire. Sed melius ut intel-
ligatur omnibus precipi cunctos diligere
etiam inimicos. Perfecti autem non solum
amicos sed etiam inimicos perfecte diligunt
eis quod benefaciunt.

Illud quoque non est pretereundum quod quidam
asserunt caritatem semel habitam ab ali-
quo non posse excidere nullumque dampnandum
habere aliquando caritatem. Unde Augustinus:
caritas que deseri potest vera numquam fuit.
Quod istas rationes vincit et auctoritas. Unde dic-
tum Augustini non ad essentiam caritatis
refertur sed ad efficientiam quia non efficit ca-
ritas que deserit. Intendum
etiam quod fides et spes et scientia dicuntur eva-
cuari quia ex parte est et non caritas et tamen
ipsa ex parte sit. Sed et ipsa evacuabitur
in quantum ex parte est quia tolletur imperfectio et
addetur perfectio, remanebitque ipsa aucta
et auctus eius et modus diligendi ut
diligas deum perfecte ex toto corde. Et propter
sicut tempus. Fides autem et spes penitus
evacuabitur. Scientia non secundum actum et modum
sum qui nunc est non secundum essentiam
tolletur. Ipsa cum utique remanebit,
sed alium tenebit usum et modum.

Nunc iam superest investigare si Christus
primus quod hoc ordine preceptum dili-
gendi servavit quod scilicet deum habere
sicut seipsum dilexit. Quod non est ignoran-
dum esse caritate unius modo prime non vide-
quit cum in patria sunt adeo iusticie dei ad-
dicti sunt ut nil eis placeat nisi quod
deo placet. Ac per hoc illorum tantum salutem
diligunt quos deus salvari vult eos
que solos sicut se diligunt. Ita et Christus
electos tamen sicut se dilexit. Distinctio 31

Considerandum duobus modis dilectio
dei secundum essentiam et secundum efficientiam non
recipit magis vel minus secundum essentiam sed secundum
efficientiam tamen ut magis dilecti dicantur
quibus affectus maius bonum paravit et
impertiebit. Unde eos est quod aliquos quos
iustificavit quando fuerunt impii adeo
diligit non quod fuerit nova dilectio quemque
diligat deus secundum qui eterne dilectionis
sortiuntur effectum. Unde Augustinus ut supra
in suis oculis eterna sunt secundum ipsorum
unitatem non sua essentia et ab initio iustificatos
magis esse amicos dei ipse nunc non
deus. Si non queritur an aliquos utrumque magis
diligat adeo unus tamen cum alio distingue-
dum est. Si cum refertur ad dilectionis
effectum acceptibile est. Si non ad dilectionis
essentiam insensabile est. De reprobis
non queritur utrum deus aliquos dilexit
eos. Dicimus de solis electis sicut supra
esse concedendum quos ad iusticiam et glo-
riam paravit. Deus electos autem gene-
raliter quod eos odio habuit in reprobavit.
Sed supra secundum quod diligit
secundum adiectionem et in quantum opus eius sunt dat.

Post predicta de quatuor virtutibus que
principales vel cardinales va-
cant disserendum est que sunt iusticia
fortitudo prudentia temperantia de quibus Augustinus:
Iusticia est in subveniendo miseris

Prudencia in precauendo insidys / For-
titudo in perferendo molestys / Temperancia
in cohercendis delectacionibus prauis
hijs in hac mortalitate bene viuitur
et postea ad vitam eternam peruenitur quibus in christo
plenissime fuerunt et sunt in quo habue-
runt vires corda quos in parata habent
et quosdam eciam vic utique ptau
an desinunt esse cum ad eternam vitam
peruenerint non ita quare Quibusdam
visum est esse deputatum / Et sunt
quidem scilicet prudencia fortitudine temperan-
cia cum hec ibi non nichil dicta videntur
Iusticia enim immortalis est fortassis
et alie tres virtutes precia sine nullo
iam periculo erroris / Fortitudo sine
molestia tollerandorum / Temperancia
sine repugnancia libidinum erunt in illa
felicitate scilicet ut prudencie ibi sit nullum
bonum deo preponere vel equare forti-
tudinis ei firmissime coherere
Temperancie nullo defectu noxio delectari
Quod hic ait Augustinus Iusticia est
in subueniendo miseris quod et pruden-
tia in precauendo insidys quod fortitudo
in perferendis molestys et temperancia
in cohercendo delectacionibus prauis
non est ibi omnino ubi nichil mali
erit / Ecce aperte dicit hic Augustinus quod predicte
virtutes in futuro erunt sed alios usus
habebunt quam nunc cum Beda constituit

Distinctio 34

Nunc de septem donis spiritus sancti
agendum est ubi prius considerandum
est an hec dona virtutes sint et utrum
in futuro desinatura sint / Quod autem virtutes sint
nec in futuro desinant Augustinus ait sic
Ciuitas dei illa in celestis non
meatu aliquo fluminis terrestris ab-
luitur sed de quo fonte predictus fonte spiritus
sanctus cuius nos bene saciamur
hausium in illis celestibus spiritibus re-
dundacius uber effluere plenos septem
virtutum spiritualium fluctus meatu vincitur
non defluunt ista dona in futuro hec offi-
cia que nunc sunt ut ubi gratia ti-
mor filialis facit nos facit timere
ne offendamus quem diligamus et
ne separemur a deo / Facit eciam nos
reuereri quem non timebimus separari
offendere Est autem reuerencia mixta
cum subitate dilectio que esse
in christo fuit sicut dicit apostolus Exauditus
est pro sua reuerencia et inde tamen
effectiuo timore in christo et in angelis tum
esse contendunt

Sciendum est esse quatuor timores
scilicet naturalem mundanum siue humanum
seruilem initialem castum vel filialem
Humanus timor est ista ut ait Augustinus
et Cassiodorus quo timemus pericula
carnis pati vel perdere bona mundi
Propter quod dominus dicit timor malus
est qui in primo gradu in mundo
deserit que dominus prohibet dicens
Nolite timere eos qui corpus occidunt etc.
Timor autem seruilis est ut ait Augustinus
Cum per timorem gehenne continet se
homo a peccato / Et timore facit quidquid
boni facit non timore amittendi eternum
bonum quod non amat sed timore patien-
di malum quod formidat / Bonus est
iste timor licet insufficiens per quem fit
paulatim consuetudo iusticie et succe-
dit initialis timor Vnde Augustinus Sed
videamus per caritatem introduci timorem
qui quamuis sunt caritatem prius intrat et
nisi occupat non succedit locum / Hic
timor prius occupat mentem non autem ibi
remanet timor quia non intrat nisi
ut introducat caritatem / Iste timor
nec optatus est seruilis nec optatus filia-
lis sed tamquam medius ab utroque ha-
bens facit cum parti seruire timorem
pene cum amore iusticie / Iste timor
est inchoata caritate non inperfecta quantum
crescit caritas tantum decrescit iste
quantum ad modum quo facit timere penam
et quantum ad tormentum quod est et post quem
succedit timor castus quo timemus
ne sponsus tardet ne discedat ne
offendatur ne eo careamus Timor iste
de amore est / Beda tamen quod unus ti-
mor scilicet seruilis et initialis dicitur ini-
cium sapiencie diuersa tamen / Seruilis
quidem quia preparat locum sapiencie et in-
ducat sapienciam sed tamen non remanet cum
ea / Initialis dicitur inicium sapiencie quia est
inchoata sapiencia quia cum quis habet
magis sapienciam et caritatem hic incipit
Vnde autem dicitur sunt timor pene / Naturalis
qualis timor iste fuerit per dicta naturalis
qui omnibus hominibus inest quo horret
mortem et formidat penam / Dicitur natu-
ralis non quia acciderit homini naturaliter
sed quia incorrupta natura parum habuit
aduenit cum corrupta coleret tamquam
esset naturalis Distinctio 37

Post premissa sciendum quod inter sensum in-
tellectum sic potest distinguere

Scientia valet ad vitandum, ad ministrationem
rerum temporalium et ad bonam inter malos con-
versationem. Intelligentia ad creatoris et crea-
turarum invisibilium speculationem et delectationem.
Et nondum quid intellectus et scientia quid valet,
sed in alia valent ab aliis differunt que sunt dona
spiritus. Hec namque virtutes sunt quibus per gratiam in-
fundentur quibus fidelium vita recte vivat.
Illa non valent habet hec (?) ex (?) ... [illegible]
ad eos tamen: preterea autem virtutes que dona spiritus
sunt dona. Illa valia (?) reformant et ad-
iuvant.

de connexione virtutum dist 36

Distinctio 36 de connexione

Solet etiam queri utrum qui unam virtutem
habet habeat omnes. De hoc Ieronimus ait:
Omnes virtutes sibi coherent ut qui una
caruerit omnibus careat. Cum igitur hoc verum
sit caritate omnes habet. Et quidem probabile
est. Cum enim caritas mater omnium sit
virtutum, in quocumque mater ipsa sit est: cuncti
filii eius recte fore dicuntur. Unde Augustinus: ubi
caritas est quid est quod possit deesse?

de equalitate virtutum

Utrum non possit quis aliquid possideat virtu-
tis quo est. Unde cum alias
magis alias minus in aliquo dicuntur, sed
nullam plenius habere: que caritas gignit.
Alii autem viri dicunt omnes virtutes et
simul et pares esse in quocumque sunt. Unde
Augustinus: Clarissima disputatione tua satis
apparuit non placuisse auctoribus nostris
omnia paria esse peccata. Sed si hoc et de
virtutibus verum sit. Cum igitur dicitur aliquis
aliquo preeminere virtute ut Abraham
fide, Iacob patientia, secundum usum exterioris
accipiendum est vel ad proportionem aliorum
hominum.

dist 37 de preceptis prime tabule

Distinctio 37 de preceptis prime tabule

Sed iam distributio decalogi que in duobus
mandatis complectitur, aperienda est.
Primum preceptum est: Non habebis deos
alienos, non facies tibi sculptile neque
omnem similitudinem. Hec Origenes dicit esse
duo mandata, sed Augustinus unum. Secundum
preceptum est: Non assumes nomen dei
tui in vanum. Quod est dicere secundum literam:
non iurabis per nichil (?) per nomen dei tui.
Allegorice non precipitur ut non putes
creaturam esse Christum dei filium quia omnis
creatura vanitati subiecta est: sed equalem
patri dicamus. Tertium non est: Memento
ut diem sabbati sanctifices. Ubi secundum literam
precipitur sabbati observantia. Allegorice
non ut requiem habeat animus et consentit (?)
in dei contemplatione quiescentes cessent (?) ...

Hec tria mandata prime tabule ad deum
pertinent. Ad primum quidem quod est de uno
deo colendo pertinet ad patrem in quo
unitas vel auctoritas. Secundum ad filium
in quo est equalitas. Tertium ad spiritum
sanctum in quo est utriusque communitas.

de preceptis 2e tabule

De preceptis 2e tabule

In secunda tabula septem erant manda-
ta ad dilectionem proximi pertinentia, quorum
primum ad patrem carnalem refertur
quod est: Honora patrem tuum et matrem
tuam ut sis longevus super terram. Sed vinceri (?)
parentes non sic sunt honorandi ut eis debi-
ta reverentia exhibeatur et necessaria
ministrentur. Secundum est: Non occides. Ubi
secundum literam actus homicidii prohibetur,
secundum spiritum etiam voluntas occidendi. Tertium:
Non mechaberis: nomine mechie omnis
concubitus illicitus prohibetur, illorum quasi mem-
brorum non legitimus usus etiam prohibetur
deo interius. Quartum est: Non furtum fa-
cies: furti nomine intelligitur omnis
rei aliene usurpatio illicita.
Si non quis (?) consilium (?) filiis Israel utrum furtum
fecerunt de hoc Augustinus: Israelite non furtum
fecerunt: sed deo iubenti ministerium prebu-
erunt: sicut minister iudicis: sine peccato
occidit quem lex precipit. Sed si illud
sponte faciat homicida est etiam si eum
occidat quem scit a iudice occidendum.
Hic apparet quod etiam bonum in illo ope-
re [illegible] lege [illegible]
peccavit. Quintum: Quod tibi non vis fieri alijs
que est. Quod tibi non vis fieri alijs
ne faciat: sed ibi subintelligendum est
iniuste. Nam alij sit iniuste faciant quod sibi
non vis. Alioquin homo peccaturus
est iudex quod punit reum; nollet enim sibi
fieri. Ista etiam illud: Omnia
que vultis ut faciant vobis: de bonis
accipiendum est: que nobis invicem exhibere
debemus. Quintum preceptum est: Non loqueris
contra proximum tuum falsum testimonium. Ubi
crimen mendacii et periurii prohibetur.

dist 38 de mendacio

Distinctio 38 de mendacio

Sciendum autem tria esse genera mendaciorum.
Est enim mendacium quoddam pro salute
vel pro commodo alicuius non malicia sed
benignitate dictum quale obstetricum me-
tuentium et Raab. Est et aliud genus

mendacii quod fit ioco: quod non fallit
sciencia cum cui dicitur causa ioci dici. Et hec
duo genera mendaciorum non sunt sine culpa sed
non cum magna. Tercium genus est quod
pernicialiter et dupliciter prodit tutus [?]
rancedinem [?]. Videtur autem Augustinus tunc men-
dacia illa que fiunt ioco vel pro salute
aliorum imperfectis esse venialia peccata, per-
fectis non mentiri. Pro comodo alterius dicit
esse dampnabile quod etiam de mendacio
ioci putari potest precipue si iteretur. Sed
est etiam esse octo genera mendaciorum ut
Augustinus tradit que nota sunt diligenter.
Primum est capitale quod fit in doctrina
religionis. Secundum quod tale est quod
nulli prodest sed obest alicui. Tercium ut
ita prodest uni ut obsit alteri. Quartum
quod fit solo mentiendi fallendique
libidine. Quintum quod fit placendi
cupiditate de suavi loquio. Sextum
quod nulli obest et prodest alicui ut si
quis pecuniam alicuius iniuste tollendam
sciens nesciens se mentiatur ubi sit.
Septimum quod et nulli obest et prodest
alicui ut si quis nolens hominem ad
mortem quesitum prodere mentiatur. Octa-
vum quod nulli obest et ad hoc prodest
ut ab immundicia corporali aliquem
tueatur. In hiis autem tanto minus peccat
quis cum mentitur quanto magis a primo
recedit. Quidam vero a quo genere
mendacii quod peccatum non sit putaverunt de-
cepit [?] scriptum est. Hic videndum est quod
sit mendacium et quid mentiri. Mendacium
est ut ait Augustinus falsa significatio vocis
cum intencione fallendi. Mentiri vero est
loqui contra hoc quod animo sentit quis:
sive sit verum sive non. Omnis vero qui
loquitur mendacium mentitur, sed non omnis
qui mentitur mendacium dicit. Unde Augustinus:
Nemo mentiens iudicandus est qui dicit
falsum quod putat verum: quia quantum in
ipso est non fallit ipse, sed fallitur. Sed econtrario
ille mentitur qui dicit verum quod pu-
tat falsum. Augustinus omne mendacium
sit peccatum confirmat dicens: Michi vero
videtur omne mendacium esse peccatum, quia
hic debet loqui homo quod animo gerit sive

verum sit sive putetur et non sit. Solet
queri de Iacob qui dixit se esse Esau
an mentitus sit. De hoc Augustinus ait:
Iacob quod matre fecit auctore ut falleret
patrem si diligenter attendatur non
videtur esse mendacium sed misterium. Ipse
debebat enim iuniorem obediencie quam primogenitus nominat
misterium. Et ideo familiariter
plurimum scitur quod non accepit mendacio
tio opera Iacob. **Distinctio 39 de periu-**

rio. Nunc de periurio videamus.
Periurium est mendacium iura-
mento firmatum. Hic queritur utrum sit
periurium ubi non est mendacium. Et
quibusdam videtur e contrario quod dicitur.
Advertendum est quod iuramentum habeat
tres comites: veritatem, iudicium et
iusticiam: si ista desunt non est iura-
mentum sed periurium. Ubi ergo plus iuratur
et si non est ibi intencio fallendi videtur
esse periurium quia deest veritas. Quibusdam
placet non esse periurium ubi non est
mendacium quia sunt quibus non est mendacium
nisi aliter senciat animo quam dicit sive
ita sit sive non. Ita videtur eis nemi-
nem periurium committere nisi aliter senciat
quam loquitur, sive sit ita sive non.
Quod melius creditur et ille periurare (peierare)
qui falsum sciens iurat. Sed hic optimum
non videtur esse periurium quia non est mendacium
rea. Et ideo ut lingua prius mens rea
rea est dum iurare presumit quod perspicue
verum non deprehendit, unde [?] omnibus
peierat incurrit. Hic apparet eis
qui falsum iurat peierat tunc qui
alicui promittit dare si ubet [?] tamen
quod tamen non facit et quo iurat peie-
ravit: quia falsum iuravit. Unde dicitur
quod non omnis qui iurat quod falsum est periurus
ideo est, sed qui quod prodidit mutat sine
causa vel temere transgreditur. Hic at-
tenditur utrum iurare sit malum, dicimus
quod aliquando sit, aliquando non. Quoniam cum
sine necessitate iurare vel falsum iurare:
peccatum grande est. Pro necessitate autem iura-
re vel ad asserendam innocenciam
vel ad pacis federa confirmanda vel
ad persuadendum auditoribus quod eis utile
est, malum non est. Sunt etiam ut
liceat iurare per creaturas. Dicimus quod in

deis sicut similis fuit gressum
iurare per creaturas et propterea ut si in-
iurare contingeret non nisi per creatorem
iurarent quia inantes per angelos et
elementa creaturas venerabantur honore
Et melius hoc erat exhibere deo quam
creature. Iudeis per creaturas
iurare prohibuit. Antiquis vero qui
in creaturis creatorem venerabantur tamen
lex non prohibuit. Nobis vero iurare
per creaturas prohibitum ne vel aliquid
divini creaturis credatur. Per quo venera-
cio debetur: vel ne periurantes
per creaturas homines se iuramento non teneri
putarent. Sed queritur quis magis
teneatur. an qui per deum an qui per
evangelium: an qui per creaturas iurat.
Dicimus quod qui per deum quia per eum sanc-
ta sacra sunt. Hic queritur quid sit dicere
per deum iuro. Hoc est testem adhibeo
deum. Unde qui per lapidem iurat falsum
periurus est: quia non lapidem qui non
audit: sed eius creatorem adhibet testem.
Est etiam quoddam genus iuramenti
gravissimum quod fit per execracionem ut cum
homo dicit si feci illud patiar vel illud
contingat filiis meis: obligat enim
sic homo deo. Unde Augustinus. Cum quis
ait per salutem meam, salutem suam deo
obligat. ut sic execratur quod su-
perius diximus. Quando vero quis iurat
aut deum testem adhibet aut creaturam
obligat deo. Hic queritur utrum fides
eius sit servanda qui per ydola iurat.
De hoc Augustinus ait. Te prius considerare
volo utrum qui per deos falsos iura-
vit et fidem non servavit non tibi vide-
bitur bis peccasse. Utique peccavit quia et iura-
vit per quos non debuit et contra pollicitam fecit
fidem quod non debuit. Ille vero qui utitur
fide alicuius quem constat iurasse per deos
falsos et utitur non ad malum sed ad
bonum: non peccato illius se sociat quo
per demones iuravit: sed bono pacto eius
quo fidem servavit. Et tunc dubitatione
minus malum est per deos falsos iurare
veraciter quam per deum verum fallaciter. Quanto
enim per quod iuratur magis sanctum est
tanto magis est penale periurium.

Distinctio quadragesima

Nunc superest videre utrum dominica ma-

mendacio implendum sit. De hoc Ysidorus.
In malis promissis rescinde fidem.
In turpi voto muta decretum: quod in-
caute vovisti ne facias. Qui vero
mutat utrum periurus dicatur. De hoc
Jo. Crisostomus ait. Peiorare dicitur qui non im-
plet quod fideliter iuravit non quia inde reus
sit quod non observat sed quia iuravit iniuste
Eo quo reus est sicut ille qui peiorat.
Hic etiam sciendum est quacumque arte verbo-
rum quis iurat deus tamen qui conscientie testis est
ita hoc accipit sicut ille cui iuratur
intelligit. Dupliciter autem reus fit qui et
nomen dei in vanum assumit et proximum in
dolo capit. Mentitur etiam si iurat qui
hominem iurare cogit. De hoc Augustinus ait.
Qui exigit iuracionem multum interest
an nesciat illum iuraturum falsum an
sciat. Si enim nescit et ideo dicit iura michi
ut fides ei fiat: non est peccatum, tamen humana
temptatio est. Si vero scit eum fecisse et cogit
eum iurare homicida est. Sancta synodus
decrevit a parte sancta ut homines fideles
ieiuni adiuramenta accedant. De duobus

preceptis ultimis

Sextum preceptum est.
Non desiderabis uxorem proximi tui.
Septimum non concupisces domum proximi
tui: non servum non ancillam. Sed videtur
preceptum de non concupiscendis rebus proximi
idem esse cum eo quod dicitur non furaberis et preceptum
de non concupiscenda uxore idem esse cum eo quod
dicitur non mechaberis. Sed in illis duobus preceptis
ipsa opera notata sunt et prohibita. In his vero non
opera sed ipsa concupiscentia. Multum ergo distat ab
istis. Differentia veteris ac novi testamenti

Cum prohibetur concupiscentia aliene uxoris
et aliene rei. Quare dicitur lex comprimere
manum et non animum, cum non manum et
animum? Illud de lege dicitur secundum cerimonialia
non secundum moralia: vel quia de lege non est
generaliter prohibita omnis mortifera concupiscentia
ut tenuit. Sed non queritur quare dicatur
apostolus literam occidere, ex ecce decalogus
qui non dicitur litera occidens eo quod mala sit
lex: sed quia prohibens peccatum auget concu-
piscenciam et addit prevaricacionem nisi
liberet gratia. Litera autem dicitur et ipsa lex
occidens esse. Distat autem evangelium
litera a legis litera: quia diversa sunt promissa
ibi terrena: hic celestia promittit. Diversa etiam
sacrificia quia tunc alia sunt. Sed secundum quosdam precepta
etiam diversa: quantum ad cerimonialia, non ad moralia
sed eadem sunt plenius in evangelio continentur.

d. 40

De duobus preceptis ultimis

Differentia veteris et novi testamenti

Samaritanus enim vulnerato appropians curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit. De quibus considerandum occurrit quid sit sacramentum.

De sacramento in genere

Sacramentum est sacrae rei signum. Dicitur etiam sacramentum sacrum secretum, sicut sacramentum divinitatis, ut sit sacramentum sacrum signans vel sacrum signatum. Sed nunc agitur de sacramento secundum quod signum est. Aliter: Sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma, ita ut ipsius imaginem gerat et causa existat. Signum vero est res praeter speciem quam ingerit sensibus aliud ex se faciens in cognitionem venire. Signorum vero alia sunt naturalia, alia data. Et eorum quae data sunt quaedam sunt sacramenta, quaedam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non econverso.

De differentia sacramentorum veteris et novae legis

Non ergo significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt. Unde sacrificia et observantiae caeremoniales veteris legis numquam poterant iustos facere offerentes. Unde quia imposuit eas Deus in servitutem, non in iustificationem, et ut signa futuri essent, voluit ea sibi potius offerri quam idolis. Differentiam ergo sacramentorum veterum et novorum Augustinus assignat dicens: Illa promittebant tantum et significabant, haec autem salutem conferunt.

Quare triplici de causa sunt instituta sacramenta

Triplici autem ex causa instituta sunt sacramenta: propter humiliationem, quia homo ex imperio Dei salutem ex inferioribus se quaerit; propter eruditionem, ut per illud quod foris in specie visibili cernitur ad invisibilem virtutem quae intus est agnoscendam mens erudiatur; propter exercitationem, quia noxiam declinat occupationem. Unde Ieronimus: Semper aliquid facito ut te occupatum dyabolus inveniat. Sunt autem exercitationum tres species: una ad aedificationem animae pertinet, alia ad corporis fomentum, alia ad utriusque subversionem.

In quibus sacramentum consistat

Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet verba et res: verba ut invocatio Trinitatis, res ut aqua, oleum et huiusmodi.

Fuit autem et inter illa sacramenta quoddam, scilicet circumcisionis, illud conferens remedium contra peccatum quod nunc baptismus. Unde Beda: Idem salutiferae curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod baptismus agere revelatae gratiae tempore consuevit, excepto quod regni caelestis ianuam nondum intrare poterant, sed tantum in sinu Abrahae post mortem beata requie consolati supernae pacis ingressum spe felici exspectabant. Quaeritur tamen de viris qui fuerunt ante circumcisionem et feminis qui fuerunt ante vel post, quod remedium contra peccatum habuerunt. Quidam dicunt sacrificium et oblationes eis valuisse. Sed melius est illos dicere qui de Abraham prodierunt per circumcisionem iustificatos; feminas vero per fidem et operationem bonam, vel sua si adultae erant, vel parentum si parvulae erant; eos vero qui fuerunt ante circumcisionem parvulos in fide parentum, parentes vero per virtutem sacrificiorum, quam spiritualiter intelligebant in illis sacrificiis, iustificatos. Unde Gregorius: Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro his qui ex Abrahae stirpe prodierant mysterium circumcisionis. Data autem fuit circumcisio pluribus de causis, scilicet ut per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cuius praevaricatione Adam displicuerat. Data autem fuit in signum magnae fidei Abrahae, qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Deinde ut per hoc signum ceteris nationibus distingueretur populus ille. In carne vero praeputii iussa est fieri, quia contra remedium instituta est originalis peccati, quod a parentibus trahimus per concupiscentiam quae in parte illa magis dominatur; et quia in parte illa culpam inobedientiae primus homo sensit, debuit ut ibi signum obedientiae acciperet. Fiebat autem octavo die et petrino cultro, quia in octava resurrectionis aetate futura per petram Christum omnis a electis abscidetur corruptio; et propter Christi resurrectionem octavo die factam circumciditur apertius anima [illegible]. Duae igitur res fuerunt illius sacramenti. Ideo autem mutata est circumcisio per baptismum, quia sacramentum baptismi et communius est et perfectius, et pleniori gratia cumulatum. Ibi enim peccata solummodo dimittebantur, sed in baptismo abolentur peccata et gratia cooperatrix confertur et virtutes augentur. Sed non quaeritur de parvulis qui ante diem octavum moriebantur, antequam non fiebat circumcisio ex lege, utrum salvabantur. Idem potest quaeri quod fieret de parvulis ante baptismum defunctis, quos perire constat. Forte tamen sub lege in necessitate mortis ante octavum diem circumcidebant filios sine peccato, sicut nunc quando necessitas fit de baptismo.

De sacramentis novae legis. Distinctio secunda

Iam vero ad sacramenta nove legis accedamus que sunt baptismus, confirmacio, panis benediccionis, penitencia, unccio extrema, ordo, coniugium. Quorum alia remedia contra peccatum prebent et gratiam adiutricem conferunt. Alia in remedium sunt tantum. Alia gratia et virtute nos fulciunt. Si vero queritur quare non fuerunt sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in hiis sit iusticia et salus, dicimus non ante adventum Christi qui gratiam attulit sacramenta gratie fuisse danda, que ex eius passione virtute sortita sunt. Christus autem venire noluit antequam homo de lege naturali convinceretur et scripta. Quod vero coniugium ante peccatum fuit tamen coniugium etiam ante peccatum institutum, non utique pro remedio sed ad sacramentum et ad officium; post peccatum vero fuit in remedium contra carnalis concupiscencie corruptelam. De baptismo Iohannis et quod baptismus

Nunc vero de baptismo videamus. Baptismus Iohannis vero ante baptismum Christi. Iohannes predicavit et prius baptizasse legitur, sed in aqua non in spiritu. Baptismus Iohannis erat in penitenciam non in remissionem. Baptismus vero Christi in remissionem. Ad quid ergo erat utilis baptismus Iohannis? Quia homines usui baptizandi preparabat ad baptismum Christi. Sed qualis erat Iohannis baptismus? Quia ibi operator Iohannis visibilis tantum erat, Christus lavat non invisibilis gratia dei intus operatur. Si vero queritur an sacramentum fuit, satis potest concedi eo sensu quo legalia signa dicuntur sacramenta. Signabat enim baptismus Iohannis rem futuram scilicet baptismum Christi. Hic considerandum est utrum baptizati a Iohanne iterum baptizati sunt baptismo Christi. Et qua forma verborum usus fuit Iohannes. Illi qui baptizati sunt a Iohanne nescientes spiritum esse etc., ac spem ponentes in eius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Illi vero qui spem non posuerunt in baptismo Iohannis et patrem et filium et spiritum sanctum credebant, non postea baptizati fuerunt, sed impositione manuum ab apostolis super eos facta spiritum sanctum acceperunt. Baptizans autem Iohannes in nomine venturi tradebat.

Distinctio quid sit baptismus

Post hoc videndum est quid sit baptismus. Baptismus dicitur tinctio id est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta. Accedente verbo ad elementum, ut ait Augustinus, verbo ad elementum fit sacramentum. Non hic facto sicut de aliis quedam solet fieri ad decorem et honestatem facti, quedam ad substantiam et tamen sacramenti pertinet. Verbum quo hic fit sacramentum est verbum et elementum; cetera ad sollempnitatem eius pertinent. De forma verborum

Sed quid sit verbum quo accedente ad elementum fit sacramentum, Veritas te docet que ait: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. In invocatione ergo trinitatis verbum dicit quo baptisma consecratur. Et hec est forma verborum sub qua datur baptismus. Legitur tamen in Actibus apostolorum apostolos baptizasse in nomine Christi: sed in hoc nomine, ut ait Ambrosius, tota trinitas intelligitur. Intelligitur enim tunc Christus dicens et pater a quo unctus est et ipse qui unctus est et spiritus sanctus per quem unctus est. Hic queritur an baptismus esset verus si diceretur in nomine patris tantum vel spiritus sancti, vel tantum in nomine Christi. Ambrosius videtur dicere quod si fide integram trinitatem teneat et unam personam tamen nominet, plenum esse sacramentum; et ego si tres nominet et non recte de aliqua illarum sentiat, vacuum sit ministerium. Convenit ergo tamen tres personas ibi nominare ut dicatur in nomine patris et filii et spiritus sancti, non de omnibus nominibus. Si enim dicatur de nominibus non est ibi sacramentum. Invocatur autem ibi trinitas ut invisibiliter operetur per se, sed contra visibiliter per ministrum. Quando fuit baptismus institutus

De institutione baptismi quando cepit varie sunt estimaciones. Alii dicunt tunc baptismum institutum fuisse cum Nichodemo Christus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Alii dicunt tunc cum apostolis dixit: Ite in orbem universum, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris. Commodius autem dicitur institutum fuisse quando Christus a Iohanne baptizatus est in Iordane, quod tactu munde carnis sue vim regenerativam contulit aquis. Celebratur autem hoc sacramentum in aqua non in alio aliquo liquore, ut Christus ait: Nisi quis renatus fuerit etc. Ideo ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis abluit ac vestes abluit, ita in baptismo maculas anime abstergit. Vel ideo ut nullus copia excusaretur et ut quibus via baptizandi vicina. De mersione

De immersione vero queritur quomodo fieri debeat, utrum semel vel ter pro varia more ecclesie, ut dicit Gregorius. Si vero quis semel tantum in mergendum esse asserat ubi consuetudo talis non est, reprehensibile esse constituit. Sed etiam qui in tempore accepit statum abrogatum institutione baptismi. Ad quod dicimus in morte Christi finita legalia omnia. Si enim

ante passionem fuisset legalia
non erant in mente vetus pascha cum discipulis
manducasset. **De causa baptismi**

Causa vero institutionis baptismi est men-
tis innovatio que fit depositione viciorum
vel collectione virtutum. Si vero queritur cur
baptismus aperuit celum quod non aperuit circum-
cisio, dicimus quod nec baptismus nec circumcisio
aditum regni nobis aperuit sed hostia sal-
vatoris. **Distinctio quarta**

Hic dicendum est aliquos suscipere sacramentum et
rem sacramenti (i. caritatem gratiam virtutes et dona)
ut omnes parvuli adulti quoque qui cum fide baptizantur.
Alii vero sine fide accedunt vel ficte sacramentum
non rem eius suscipiunt. Aut actualem ad
salutem incipit baptismus cum illa fictio veraci
confessione recesserit. Sunt et alii qui sus-
cipiunt rem (adulta, absoluta) et non sacramentum. Alii enim
fundunt sanguinem pro nomine Christi et si non
sacramentum rem tamen percipiunt. Nec tamen passio
sed etiam fides et contritio vim baptismi
implet ubi necessitas excludit sacramentum.
Solet queri de illis qui iam sanctificati
spiritu cum fide et caritate ad baptismum acce-
dunt quid eis conferat baptismus. Ad quod
sane dici potest quod per ipsum si qua inerant
peccata post conversionem concreverunt mundantur et ab
exteriori satisfactione absolvuntur et gratia
adiutrix omnium virtutum augetur fomesque
peccati amplius debilitatur. Cum vero in bap-
tismo peccatum deleatur queritur cur penal-
itas cui peccato addicti sumus non tollatur.
Hoc ideo fieri credunt sancti: quia si a pena homines
per baptismum liberarentur ipsum putarent
baptismum premium non etiam remedium: et
in illa vita quereretur studiosius quam eterne
nimis omnibus aliena. Ideo etiam ut sit
fideli concertandi materia et vincendi
occasio qui vinceret si non repugnaret
nec pugnaret si post baptismum immortalis fieret.
Si queritur cum rei baptismus ille sit
sacramentum quod datur iam iusto, dicimus sacramentum
esse et rei que precessit: et remissio temporalis
pene si peccati. Sed ad mutum convertit et
novitatis mundicie. Ibi presente vel in
teriis re aqua precedente sacramentum cum aqua
res longe posterior ut in illis qui ficte
accedunt. Qui cum penituerint incipit bap-
tismus valere. Sed si nunquam peniterent
nunquam rei sacramentum esset ab illis receptus
per vitia rei quod ibi fieret si non enormitas
illorum impediret. Solet queri si parvulis
in baptismo datur gratia qua cum creverint habue-
runt unde in libero arbitrio possint mala
vitare. Quidam putant gratiam operantem

et cooperantem tenere parvulis in bap-
tismo dari in munere non in usu. Ut cum ad ma-
iorem venerint etatem commune sortiantur
usum nisi per liberum arbitrium usum muneris
extinguant peccando. **De potestate ministri distinctio quinta**

Post hec sciendum est sacramentum baptismi
a bonis et a malis ministris dari: quia
a bonis et a malis sumitur. Nec melior est
baptismus qui per meliorem datur: nec minus
bonus qui per minus bonum datur. Nec malus
qui per malum datur. Augustinus. Si in heresi quan-
tumcumque vel scismate quarumque quis in nomine
patris et filii et spiritus sancti baptismum sacramentum acce-
perit integrum sacramentum accepit. Sed salutem
que virtus est sacramenti non habet si extra catho-
licam ecclesiam ipsum sacramentum habuit. Habent igitur
non tantum boni sed etiam mali ministerium
baptizandi. Sed nunquam potestatem baptismi
Christus cum ipse dedit famulis sed potestatem
sibi retinuit. Ne servi in servo spem ponant
et ne tot essent baptismi quot servi,
ut sicut dictus est baptismus Iohannis ita
diceretur baptismus Petri vel Pauli. Hic queritur
que sit illa potestas baptismi quam Christus sibi retinuit
et potuit dare servis. Hec est ut plurimi
volunt potestas dimittendi peccata in baptismo.
Alii dicunt hanc potestatem non potuisse dare
alicui servorum quia nulli potuit dare suam
essentiam quam ipse habet. Tamen hoc est esse
quod posse. Ad quod dici posset potuit
quia potuit eis dare potentiam dimittendi
peccata non eandem quam ipse potens est
sed potentiam creatam sed ut servus dimitteret
peccata: non tamen ut auctor remissionis sed
ut minister. **Distinctio sexta**

Nunc quibus liceat baptizare addamus.
De hoc Ysidorus ait: Constat baptisma
solis sacerdotibus esse traditum eiusque ministerium
nec ipsis diaconibus implere est licitum
absque episcopo vel presbitero: nisi hiis procul
absentibus et ultima languoris cogat
necessitas. Quod et laicis fidelibus
permittitur. Item mulier quamvis sancta baptizare
non presumat nisi necessitate cogente.
De illis vero qui ab hereticis baptizantur
utrum rebaptizandi sint queri solet. Ad quod
breviter dicimus quia quicumque sit baptizatus
si forma a Christo tradita verum bap-
tismum dat. Et ideo qui illum sumit non
debet rebaptizari. Unde qui ab hereticis bapti-
zati sunt servata caractere rebaptizandi non
sunt. Sed tamen manus impositione reconciliandi
sunt ut spiritum sanctum accipiant. Sunt tamen non-
nulli doctorum ut Cyprianus et alii quidam
qui dicere videntur ab hereticis non posse dari
baptismum. Sed de illis verum est qui formam sa-
cram ecclesie baptizare presumunt. Quid

In matre puer baptizari non potest

Illud etiam ignorandum non est quod in matre nondum natus nullus baptismum potest suscipere, nec baptizari. Unde Augustinus: Non potest quis renasci antequam natus est. Sed non opponendum de Jeremia et Johanne baptista, qui in utero sanctificati leguntur. Privilegium illorum (i. miraculose divinitus facta sunt) potest quem legem in utero sanctificatos et gratia praeventos dimissis peccatis.

Quaeri solet etiam si corrupte proferantur illa verba, an baptismus sit. De hoc Zacharias Bonifacio scribit: Si ille sacerdos qui baptizavit non errorem introducens vel haeresim, sed pro sola ignorantia romanae locutionis infringendo linguam baptizans dixisset: baptizo te in nomine patria et filia et spiritu sancta, non possumus consentire ut denuo baptizentur. **De patrinis compatrum**

Praeterea sciendum est quod illi de quibus nulla proferant indicia nec propinquos et vicinos a quibus baptizati doceantur, agendum est ut renascantur (i. baptizentur, non simpliciter sed sub conditione addita: si non es baptizatus ego te baptizo), ne pereant. Quia non ostenditur gestum, id non sinit ut videatur iteratum. Solet etiam quaeri de illis qui iocantes sicut mimi commemorationem baptismi in ludis (?) inducunt, utrum sit baptizatus. Videtur sapientibus non esse baptisma, quia non intentione baptizandi illud geritur.

Magnopere tenendum est etiam de baptizandis electis duo tempora esse servanda, scilicet pascha et penthecosten. Sed quibus necessitas mortis vel periculi urgentur, omni tempore debent baptizari. **De responsione patrinorum**

Porro ad baptismum venientes fidem suam per se ipsi dicunt. Unde a baptizando quaeritur: Quid venisti ad ecclesiam quaerere? Qui si adultus est, respondet per se. Si autem parvulus, aliquis pro eo respondet. Si non quaeritur ab eo sed pro parvulo dicatur: Credo vel fidem peto, dicitur de sacramento fidei esse intelligendum, ut sit sensus cum dicitur fidem peto, scilicet sacramentum fidei peto suscipere; Credo, id est sacramentum fidei suscipio, quod est hic parvulus petere, est sacramentum fidei suscipere. Sed adhuc quaeritur quod respondeatur pro parvulo: Credo in deum patrem et filium Christum et in spiritum sanctum. Sane dici potest ibi respondere pro parvulo quod ad maiorem etatem si venerit, nunc et tunc pompis diaboli renuntiabit et sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramenta recepit. Hac autem sponsione parvuli pro quo fit tenebitur, non responsor, si tamen ut tenetur implere curam et opera dederit. **De exorcismo et catechismo**

Illa autem interrogatio fidei et responsio fit in catechismo cum exorcismo. Additur: Exorcismus autem ante baptismum an fit catechismus (i. instructio fidei catholicae).

(compulsio potestatis diaboli …)

et exorcismus, non quia sine his non possit esse verus baptismus, sed ut baptizandus in fide instruatur et sciat cui debitor fiat deinceps, ut potestas diaboli in eo minuatur, ne iam contendat eum subvertere, nec baptismum eo sequatur.

De sacramento confirmationis

Notandum quod in sacramento confirmationis attendenda est duplex materia quae solet. Forma enim apta est, scilicet verba quae dicit episcopus cum baptizatos in frontibus sacro signat crismate. Quod sacramentum ab aliis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus. Ita enim hoc sacramentum est donatum spiritus sancti ad robur, qui in baptismo datus est ad remissionem. Hoc sacramentum a ieiunis et ieiunis tradi debet sicut et baptismus, nisi aliter cogat necessitas. Non debet iterari sicut baptismus et ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria, quod fieri putatur cum non iterandum iteratur.

Distinctio VIII de sacramento eucharistiae

Post sacramentum baptismi et confirmationis sequitur eucharistiae sacramentum, cuius figura praecessit cum manna deus pluit patribus in deserto. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, ubi panem et vinum Abrahae obtulit. **Quando fuit institutum**

Sacramentum hoc dominus instituit cum post typicum agnum corpus et sanguinem suum in cena discipulis porrexit. **De forma verborum**

Forma vero huius est haec quam ipse ibidem edidit dicens: Hoc est corpus meum. Et post: Hic est calix novi testamenti. Cum enim verba proferuntur, conversio fit panis et vini in corpus et sanguinem Christi. Reliqua igitur ad dei laudem dicuntur. Considerandum quid sit verbis attendendum quae sunt verba: Accipite et edite ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum. Item: Accipite et bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus. Reliqua omnia laudi dei deferuntur. Orationi praemittitur simplex precibus consideratione dignum est. Quare illud sacramentum post cenam discipulis dedit? Ut ostenderet veteris legis sacramenta, inter quae praecipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari ac novae legis sacramenta substitui, in quibus excellit mysterium eucharistiae. Ideo etiam post alia dedit, ut hoc vivum artius memoriae discipulorum infigeretur et ab eis deinceps frequentaretur. Sed non eo modo disciplina sanxit ut in posterum post alios cibos sumatur. **De re sacramenti**

Huius sacramenti gemina res est: una contenta et signata, scilicet caro Christi quam de virgine traxit et sanguis quem pro nobis fudit; alia signata et non contenta, scilicet unitas ecclesiae in praedestinatis, vocatis, iustificatis et glorificatis. Haec est duplex caro Christi. Caro autem ea

distinguenda. Unum quod tantum sacramentum. Aliud quod est sacramentum et res. Tercium quod est res et non sacramentum.

Distinctio nona

Et sicut due sunt res illius sacramenti, ita et duo modi manducandi: unus sacramentalis quo boni et mali edunt. Unde Augustinus: Quid discordat ab ipso? vel carnem Christi manducat vel sanguinem eius bibit, et si tantum rem sacramenti ad iudicium sibi cotidie accipiat. Alius quoque spiritualis quo soli boni manducant. Unde Augustinus: Ut quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti. Idem: Nulli ambigendum est tunc unumquemque corporis et sanguinis domini participem fieri cum Christi membrum efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etsi antequam panem edat et calicem bibat de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non privatur cum ille in se quod illud sacramentum significat invenitur.

Distinctio decima

Sunt alii qui veritati contradicunt asserentes in altari non esse corpus Christi vel sanguinem [illegible], sed ita Christum esse et dixisse: Hoc est corpus meum; sicut apostolus dixit: Petra autem erat Christus. Dicunt enim ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, id est in signo, et tantum in signo manducari a nobis. Constat autem integrum Christum esse sub utraque specie, et substantiam panis in corpus Christi, vini quoque substantiam in sanguinem converti.

De modo conversionis

Si autem queritur qualis sit illa conversio, quibusdam videtur formalis, dicentibus sit conversio substantiam ut hec essentialiter fiat illa. Alii concedunt illud quod erat panis et vinum post consecrationem esse corpus et sanguinem. Quidam non dicunt sic conversionem intelligendam ut sub illis accidentibus sub quibus erat prius substantia panis et vini post consecrationem sit substantia corporis et sanguinis, et ubi prius erat panis nunc est corpus Christi, tamen non illis accidentibus afficiatur. Et dicunt substantiam panis et vini vel in preiacentem materiam resolvi vel in nichilum redigi. Alii non putaverunt ibi substantiam panis et vini remanere et ibidem corpus Christi esse et sanguinem, et ipsam substantiam panis et vini dicunt esse sacramentum. Quod autem non sit substantia nisi corporis Christi docet [illegible] Christi corpus illud consecratur, nec sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus et unus sanguis, cum et ideoque sive plus sive minus quis inde percipiat, omnes equaliter corpus Christi integre sumunt.

Distinctio undecima. Quare sub alia specie sumitur

Sub alia autem specie ex tribus de causis carnem et sanguinem tradidit Christus et deinceps sumendum instituit: ut fides scilicet haberet meritum, que est de hiis que non videntur; et etiam ideo ne abhorreret animus quod cerneret oculis, quia non habemus in usu carnem crudam comedere et sanguinem; et ideo ne etiam ab incredulis religioni christiane insultaretur. Sed et sub duplici specie sumitur ut ostenderetur totam humanam naturam assumpsisse ut totam redimeret. Panis enim refertur ad carnem, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem in quo sedes anime dicitur. Unde dicit: Ideo duo sacramenta sed sub vini quam sub utraque specie idem sumitur.

De admixtione aque

Aqua non miscenda est vino quia aqua populum significat qui per Christi sanguinem redemptus est. Si non queritur an irritum sit quod geritur si aqua pretermittatur, audi Cyprianum: Calix domini non aqua sola aut vinum solum nisi utrumque misceatur. Si quis tamen non intendens introducere heresim oblivione vel ignorantia aquam pretermiserit, non videtur esse irritum sacramentum, sed ille graviter est corripiendus. Sed et Grecorum ecclesia non apponit aquam. Quibusdam tamen videtur generaliter esse dictum vinum non posse solum offerri.

De quo

Panis non nisi [illegible] offerri in conficere de frumento: nec nisi frumenti nisi redactum in panem: quia Christus panem se dicit et grano frumenti se comparat.

Quale corpus dedit

Corpus tale dedit Christus quale tunc habuit, id est mortale et passibile. Nunc non sumitur nisi immortale et impassibile, nec tamen minus in manducare habet efficaciam quam tunc.

Distinctio xii

Si autem queritur de accidentibus que remanent in quo subiecto fundentur, potius mihi videtur fatendum existere sine subiecto, quia ibi non est substantia nisi corporis et sanguinis domini que non afficitur illis accidentibus. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia ad misterium ritum, ut Augustinus, fidei quoque suffragium quibus corpus Christi tegitur.

De fractione distinctio xii

Solet etiam queri de fractione et partitione que ibi videtur fieri, cum res sit. Quibusdam placet quod non sit ibi fractio sed dicitur frangi quia videtur frangi. Alii dicunt quod est ibi fractio quod non est in aqua vel [illegible]. Quia nichil ibi frangitur quod immutabili dei potencia dicitur fieri ut ibi sit fractio ubi nichil frangitur. Alii dicunt corpus Christi essencialiter frangi et dividi. Alii integrum et incorruptibile existere. Et sane dici potest fractionem illam

Panis mutatur specie remanente [illegible]
Sed sine terrore gustari posset in ore,
Utraque si mutata forma tum carne videres
Conspiciendam horreres et manducare timeres

non mixtura corporis sed in ipsa forma panis sacramentalis. sicut ut vas fractum in partes fit ibi. Post hec queritur si quod gerit sacerdos proprie dicatur sacrificium vel immolatio. Breviter dici potest quod utrumque quia memoria est et imputatur sacrificium veri et sancte immolationis facte in ara crucis. **De effectu huius sacramenti**

